

UR-598

OFFICIA propria

festivitatum pompelonensis
ecclesie et diocesis...

Ioannis Queypo de Llano

reformata . . . — * Pompelone:

ex officina Martini Greprij &

Zabala . . . Vendese en el Hospital

General . . . 11688

[Faint, illegible handwritten text]

Nº 12. 62016

OFFICIA
PRÓPRIA FESTI-
VITATVM POMPELO-
NENSIS ECCLESIAE, ET DIOECESIS.
A SVMMIS PONTIFICIBVS
APPROBATA.

Iuxta Rubricas Breviarij Romani Urbani VIII. & decreta
Sacrae Rituum Congregationis, iussu Illustrissimi
Domini D. Ioannis Queypo de Llano
reformata.

Et nunc denuo iussu Illustrissimi D. D. Ioannis Grande
Santos de S. Pedro, novitèr aucta, & emmendata.



CVMLICENTIA.

Pompelonz: Ex Oficina Martini Gregorijà Zahàla, Typo-
graphi Regni. Anno M. DC. LXXXVIII.
*Vendese en el Hospital General, y tambien las Missas
del Obispado.*

LICENCIA DEL ORDINARIO.

TIENE licencia el Hospital General de esta Ciudad, para imprimir, y vender los Oficios, y Milicias de los Santos Particulares, y propios de este Obispado de Pamplona, que nuevamente se han conuendado, y analizado con la Obispa de S. Francisco Xavier, y otras adyacencias particulares.

* * * * *

ERRATAS.

Pag. 2. col. 2. lin. 8. die, seze dia. Pag. 4. col. 1. lin. 4. dia, l. diem, col. 2. lin. 17. ad volo l. aduola. Pag. 5. col. 1. lin. 21. & l. & est, Pag. 8. col. 2. lin. 12. substantis, l. substantis. Pag. 13. col. 2. lin. 15. impeditur. l. impedita. Pag. 14. col. 1. lin. 3. si alias, l. quis. Pag. 15. col. 1. lin. 25. Breviariū. l. Breviarū, & lin. 28. prima die, l. prima n. liam. Pag. 16. col. 1. lin. 10. regione, l. regiones, & lin. 15. manus, l. munus. Pag. 18. col. 1. lin. 9. intelligit, l. intelligitur, & col. 2. lin. 15. debe, l. debet. Pag. 19. col. 2. lin. 29. Honeſtan. deſiderium. l. Honeſtan. deſiderium anime. Pag. 20. col. 1. lin. 19. veneratione, l. venatione. Pag. 24. col. 2. lin. 21. manet, l. manet. Pag. 26. col. 1. lin. 41. vitam, l. via n. Pag. 29. col. 1. bonis, l. bonitatis. Pag. 31. col. 2. lin. 8. Reges, l. Reges. Pag. 32. col. 1. lin. 8. al. l. ad. Pag. 37. col. 1. lin. 9. ignominia. l. ignominia n. Pag. 39. col. 1. lin. 8. inebra, l. inebria. Pag. 40. col. 2. lin. 29. uſſerit, l. uſſerit. Pag. 47. col. 1. lin. 12. cōtra, l. contra. Pag. 55. col. 1. lin. vlt. pretioſius; l. liquid. pretioſius. Pag. 65. col. 2. lin. 1. ad, l. ab. Pag. 72. col. 1. lin. 19. præterend e, l. præterenda ſunt.

**INDEX
INDEX**

INDEX FESTIVITATVM.

- IANVARIVS.**
 22 Vincētij mart. dup. pag. 1.
FEBRUARIVS.
 3 Blasij Episc. & Mart. dup.
 pag. 3.
MARTIVS.
 1 Angelorum Custodum Diocesis, dup. maius, pag. 4.
APRILIS.
 Fer. 3 Post Octavam Paschæ Dedicatio Ecclesiæ Pöpel. dup. 1. clas. cum oct. extra eam sine oct. pag. 13.
MAIAS.
 10 Martini Laynes mart. dup. pag. 13.
 Fer. 3. Post Festum SS. Trinitatis sit de festo reliquiarum Eccles. Cathedr. Pom-pelon. dup. pag. 14
IUNIVS.
 14 Exuperij Episc. & Conf. dup. pag. 14.
IULIVS.
 7 FIRMINI Episc. & mart. & Patroni Diocesi. & Regni dup. 1. clas. cum oct. pag. 15
 8 De oct. S. Firmini semid. pag. 8.
 9 De oct. S. Firmini. pag. 21.
 10 De oct. S. Firmini pag. 23.
 12 De oct. S. Firmini, pag. 25
 14 De die Octava S. Firmini, pagin. 25.

- Dominica post octavam Apötol. Petri, & Pauli sit de festo Coronæ Domini, dup. maius. pag. 28.**
 3 Ignarij oc Loyola Conf. dup. pag. 46.
AUGVSTVS.
 28 In Ecclesia Cathedra. i festum S. Augustini Episc. & Doct. dup. 1. clas. cum oct. extra eam dup. pag. 46.
OCTOBER.
 21 In Eccles. Cathedr. festum SS. Visulæ, & Sociar. Virg. & Mart. dup. com S. Hilariionis Abbat. pag. 56.
 22 Nunkenis & Alodia Virg. & Mart. dup. pag. 56.
NOVEMBER.
 29 Saturnini Episc. & Mart. & Patroni Civit. Pöpel. dup. 1. clas. cum oct. extra eam dup. 1. clas. sine oct. pag. 58.
DECEMBER.
 3 Francisci Xaverij Conf. Patroni Regni, dup. 1. clas. cum Octava, pag. 64.
 4 De oct. S. Saturnini, pag. 64.
 5 De oct. S. Saturnini, pag. 70.
 6 De oct. S. Saturnini, pag. 75.
 In Ecclesia Cathedr. quando potest recitari de SS. Sacramento semidup. vide in rubric. huius libri num. 5.

RUBRICÆ SPECIALES.

FESTA in hoc libro contenta sunt generalia pro tota Diœcesi ex Sixto V. vt constat ex libro originali ab ipso aprobato, & alijs privilegijs Pontif. præter festa S. Augustini, vt i. claf. & cum oct. & SS. Ursulæ, & Sociarum, quæ sunt tantum pro Ecclesia Cathedrali. Festum S. Firmini est generale pro Diœcesi, & Regno, vt ipforum Patrono, ex decreto S. Rit. Congr. anni 1606. xi. Ianuarij:

1 Adverte tamen, quod quamvis prædicta festa sint generalia pro tota Diœcesi, non semper eodem modo, & solemnitate recitantur in tota Diœcesi. Tum quia aliqua festa maiori cum solemnitate, & privilegio recitantur in propria Ecclesia sancti, & vbi habet præcipuum locum, quam in alijs Ecclesijs, non solum respectu maioris solemnitatis in concurrentia cum alijs eiusdem clafis, & solemnitatis, sed etiam respectu occurrentiæ, ut videre est in festo S. Saturnini, & dedicationis Ecclesiæ, & alijs. Tum etiam quia festa in propria Ecclesia præferuntur alijs de Breviario in eadem solemnitate, & clafis si sint paria in solemnitate, & dignitate: in alijs vero Ecclesijs non proprijs, nec vt propria habentia præferuntur festa Breviarij alijs de Diœcesi in eadem clafis, & solemnitate, & dignitate in oscurrentia (non in concurrentia) vt videre est in festo S. Exuperij, & S. Basilij Magni, quia in ista rubricas Breviarij de concurrentia, num. 2. Festa in propria Ecclesia præferuntur alijs de Breviario in eadem solemnitate, & dignitate.

3 Nullus potest nec potuit post Bullam Pij V. positam in Breviario instituere de novo Officia, vel addere Kalendarijs etiam proprijs Ecclesiarum festa, vel Officia sanctorum, sine facultate expressa, & approbatione Pontificis, vel S. R. C. vt constat ex decreto Urbani VIII. posito in suo Breviario: Possunt tamen Ecclesie recitare de suis sanctis titularibus, & Patronis in suis festis principalibus, & octavis, & etiam de alijs.

alijs festis principalibus, quae sub ritu duplici consueverunt
Ecclesijs solemniter celebrare ante Bullam Pij V. quia hoc
conceditur in rubricis Breviarj de dup. n. 1. & de Oct. nu. 1.

4 De Sanctis Canonizatis, vel Beatificatis precise ex hoc
titulo non potest recitari, extra propriam Ecclesiam Sancti
sine licentia S. Rit. Congreg. vt decrevit, & prohibuit eadem
S. Rit. Congreg. 9. Decembr. 1628. Per prop. Ecclesiam in-
telligitur, vbi est sanctus Titularis, vel Patronus, Patronus
vero principalis, si est post decretum Urbani VIII. 23. Mar-
tij 1630. debet esse concessus, & approbatus à S. Rit. Con-
greg. & cum alijs conditionibus ibi assignatis, nec potest re-
citari de translatione Sanctorum, vel reliquiarum, vel de
sanctis à populo, vel Episcopo ex devotione celebrantis si-
ne dicta licentia S. Rit. Congreg.

5 Canonici Regulares S. Augustini, & Moniales eiusdem
Ordinis possunt recitare de SS. Sacramento semidup. singu-
lis ferijs quintis præter adventum, & quadragesimam non
impeditis festo, vel Officio semid. ex decret. S. R. Cōg. 1610.

6 Religiosi possunt recitare de festis, & octavis Diæcesis,
& locorum ibi commemorantium, sed non ad id tenentur nisi
ad primum diem Principalis Patroni. Clerici vero non pos-
sunt ex titulo aliquo recitare de festis, vel Officijs religio-
rum sine licentia ad id expressa Pontificis iuxta dicta nu. 3.

7 Quando aliqua dies oct. occurrat in Dominica 1. vel 2.
claf. adventus, septuagesimæ, sexagesimæ, vel quinquagesi-
mæ recitabitur hoc modo: 1. vesp. erunt de Dominica cum
Psalmis Sabbati, & totum officium fit de Dominica com-
memorat. diei octavæ in vesp. laud. & Missa sine preci-
bus, & suffragijs. Si vero in Sabbato fuit factum officium de
festo, vel officio duplici, vesp. in Sabbato erunt de dup. cum
commemorat. Dominicæ, & diei oct. Si occurrat semid.
vesp. à cap. erunt de Dominica, & comm. semid. & diei oct.

Si

: Si fer. 4. occurrat dup. vesp. in Dominica erunt de dup. com. Dominice, & diei oct. Si vero semid. occurrat. vesp. erunt de Dominica cum com. diei oct. & semid.

8 In qualibet Ecclesia in qua asservatur, vt propria aliqua reliquia insignis alicuius sancti, puta corpus, Brachium, caput, Crux, aut illa pars S. in qua passus est Martyr, sit de eo dup. in sua propria die, & in ea Ecclesia in qua asservatur, & non alibi ex decreto Urbani VIII. & S. R. Congreg. nisi in aliqua Ecclesia, vel Diocesi aliter disponatur ex speciali privilegio Pontificis, vel S. Rit. Congreg. vt in hac Diocesi pro S. Blasio, & S. Exuperio, & pro festo reliquiarum, fer.

3. post Trinit. que festa ex Sixto V. celebrantur in tota Diocesi Ritu duplici. Si vero reliquia sancti est parva, vel, & si sit insignis non est legitimè ab Ordinario approbata, tunc in nulla Ecclesia poterit de tali reliquia S. recitari sine novo privilegio. Quando vero reliquie sunt SS. naturalium Hispanie vel quamvis non sit reliquia, est sanctus naturalis Hispanie, poterit recitari de tali Sancto dup. in tota Diocesi, vb. est talis reliquia insignis, vel Diocesis cuius est S. naturalis

9 Advertendum quod, & si festum S. FIRMINI celebratur 7. Iulij, & non 25. Septembr. in quo obiit, non potest recitari de eo 25. Septembr. sine speciali facultate Pontif. vel S. Rit. Congreg. nisi reliquia sancti sit magna sive in se, & separatim, sive multæ simul iunctæ, & de eodem corpore, tunc enim potest de eo recitari cum Officio duplici dicta die 25. Septembr. non solū in propria Ecclesia, sed etiam in alijs Ecclesijs Diocesis iuxta decretum Gregorij XIII. Missa vero solemnis dicta die semper potest dici in propria Ecclesia cum Gloria, & Credo, & cum vnica orat. propter concursum, & devotionem populi.

10 Commemorations communes diebus assignatis in rubr. Breviarij fiant hoc ordine de Cruce, de S. Maria, de Apostolis, de S. Iacobo Apostolo Patrono Hispanie ex Gre-

Gregorio XV. & de S. Firmino Patrono Dioces. & Regni, vel de titulari Eccles. & ultima de pte, inter quas fiat semper commemor. de Patrono, vel titulari Ecclesia in sua Ecclesia, ita vt si titulari Ecclesia sit SS. Trinitas, vel de Spiritu Sancto, vel de alio festo alicuius personae Trinit. fiat eius commemor. ante quam de Cruce, vt constat ex Breviario Romano si de Angelis, vel de S. Iohanne Baptista ante Apostolos, ex Sac. Ritum Congregat. si de aliquo alio S. post Apostolos, & non potest fieri commemor. simul de Patrono, & titulari, nec de duobus Patronis, uel titularibus sine speciali licentia Papae, vel Sac. Ritum Congregat. sed tantum de Patrono, vel titulari iuxta rubric. Breviarij, nisi titularis sit aliqua persona SS. Trinit. vel B. M. vel Petrus, & Paulus; quia tunc etiam potest fieri commem. de Patrono v.g. de S. Firmino, sicuti de Patrono principali Dioces. & Regni, sed non ad id tenentur.

COM.

COM.

COMMEMORATIONES QUÆ IN ECCLESIA

Cathedrali, & in tota hac Diocesi sunt hoc ordine.

DE Cruce in offic. feriali.

De S. Maria.

De SS. Petro, & Paulo.

De S. Iacobo Hispaniarum Patrono.

De S. Firmino Patrono Diocesi. & Regni, vel de titulari proprię Ecclesię.

Ultimo de pace.

Pro S. Iacobo ad vesp. Añã.

O Beatum Apostolum qui inter primos electus, primus omnium Apostolorum Dñi Calicem bibere meruit. O gloriosum Hispaniæ Regnum tali pignore, ac patrono munitum, per quem fecit illi magna, qui potens est. Alleluia.

ψ. Annuntiaverunt opera Dei.

℞. Et facta eius intellexerunt.

Ad Laudes Antiphona.

Visitavit nos per sanctum suum Apostolum, & fecit salutem de inimicis nostris Dominus Deus noster.

ψ. Annuntiaverunt, &c.

℞. Et facta eius, &c.

ORATIO.

Esto Dñe plebi tuę sanctifi-

cator, & custos: Ut beati Iacobi Apostoli tui munera presidij, & conversatione tibi placeat, & securamente deserviat. Per Dominum, &c.

Pro SS. Firmino, & Francisco Xaverio. Ad laudes Añã.

Hi sunt duo viri misericordie, quorum pietates nobis non defuerunt, & Gloria eorum non derelinquetur.

ψ. Gloria, & honore coronasti eos Dñe.

℞. Et constituisti eos super opera manuum tuarum.

AD VESPERAS.

Hi sunt duo Protectores Regni, firmamenta Populi, & oblatio nostra coram Dño, in manibus ipsorum.

ψ. ET ℞. *VT IN LAUDO.*
ORATIO.

DEVS, qui nos geminata SS. tuorum FIRMINI Martyris tui, atq; Pontificis; & Francisci Xaverij Confessoris protectione circundas, illo rui intercessione, fac nos constanti pace gaudere, & ab insidij inimicorum omnium perpetua defensione conserva. Per Dominum, &c.



O F F I C I A
 PROPRIA FESTI-
 VITATVM POMPELO-
 NENSIS ECCLESIAE, ET,
 DIOECESIS.

IANVARIVS.

Die XXI. Ianuarij. Fit de S. Agnete dup. ut in Breviario. In 2. vesp. à cap. fit de S. Vincentio Mart. com. S. Agnet. In Cathedrali, Vesp. S. Vincentij com. S. Agnetis.

Die XXII. Ianuarij. In Festo S. Vincentij Mart. dup. in Diœcesi (in Cathedrali dup. mai.) Omnia de communi vnus Mart.

ORATIO.

Adesto Domine supplicationibus nostris, vt qui ex iniquitate nostra reos

nos esse cognoscimus, Beat i Vincentij Martiris tui intercessionem liberemur. Per Dominum, &c.

Ad matut. Lect. i. Noct. Fratres debitores sumus, de communi plurimorum Mart.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iij..

Vincentius Olcæ in Hispania citeriore natus, à prima ætate studijs deditus, sacras litteras à Valerio Cæsaraugustano Episcopo didicit, cuius etiam partes suscepit prædicandi Evangelium

2
 lium, quod Episcopus, prop-
 ter linguæ impedimentum,
 prædicationis officio fungi
 non poterat. Ea re ad Dacia-
 num Provinciæ, à Diocle-
 tianò, & Maximiano præpo-
 situm, delata, Vincentius Cæ-
 saraugustæ cõprehenditur,
 & vna cum Valerio Episco-
 po gravibus catenis vindus
 ad Dacianum Valentiam
 adducitur, vbi eos in tetro,
 ac fæcido carcere inclusos
 inedia, squalore, vinculis fer-
 reis, ponderibus à collo ad
 manus pendentibus diu af-
 fligi fecit. R. Honestum.

Lectio v.

Illis inde postea ad se per-
 ductis Dacianus, existi-
 mans diuturna carceris ma-
 ceratione afflictos facile
 in suam sententiam descen-
 suros, Episcopum interpellat
 cur Religionis specie iuris
 Imperatorum adversetur?
 Cui cum Valerius miti, &
 composito sermone respon-
 dere videretur. Vincentius
 ad Episcopum cõversus, cur
 inquit tyranum hunc Pater
 humiliter alloqueris? Cla-

ma voce magna, & Dei po-
 tentiam implora, vt supervia
 hominis istius comprimatur;
 quibus verbis excandescens
 Dacianus Episcopum inde
 abduci iubet, & mos asferri
 ad se omnia tormentorum
 genera, & illis sanctum Dia-
 conum crudeliter torqueri.
 Quare verberibus, & equi-
 leò tortus in craticula impo-
 situs, prunis ardentibus sup-
 positus, & ferreis vngulis ex-
 carnificatus, candentibus-
 que laminis exustus, ac re-
 sinæ guttis, & crepitanti sa-
 le respersus, cum nulla, aut
 tormentorum vi, aut acerbi-
 tate, aut lenitate verborum
 approposito deterreri posset
 iterum ducitur in carcerem
 stratum testaceis fragmen-
 tis, vt eius nudum corpus sõ-
 no oppressum à subiectis etiã
 testarum aculeis torquere-
 tur. R. Desiderium animæ.

Lectio vj.

Verum illo in tenebri-
 cosa incluso custodia,
 clarissimus splendor obortus
 totum carcerem illustravit,
 quæ lux cum omnès, qui ade-
 rant

rant summa admiratione af-
 fecisset, res acustode carce-
 ris ad Dacianum defertur;
 qui eductum in molli calci-
 tra collocat, vt aliquantulū
 recreatus, acrius denuo
 torqueretur; aut si amoto
 paululum carnifice, animā
 quietus exalaret, non occi-
 sus, sed mortuus diceretur.
 Interea eum cœlestis aula
 suscipit, atque ita ignis, fer-
 ri, tortorum immanitate su-
 perata, rector ad cœlestem
 Martirij coronam advolavit
 vndecimo Kalendas Februa-
 rij; cuius corpus cum projec-
 tum esset inhumatum, cor-
 bus, & à volucris, & alu-
 po vnguibus, rostro, alis mi-
 rabiliter defendit. Qua re-
 cognita, Dacianus illud in
 altum mare demergi iubet;
 sed inde etiam divinitus
 eiectum ad litus, Christiani
 sepeliunt. & Stola iucun-
 ditatis.

In 3. Noſt: Nisi granum
 frumenti.

Vt in die S. Ignatij Mart.
 1. Februarij.

In 2. Vesp. à cap. de S. Il-

dephonso Ep. & Conf. ut in
 Hisp. com. S. Vincentij, &
 Emerentiane Virg. & Mart.
 vt in Breviar. In Cathedrali
 Vesp. S. Vincentij com. S. Il-
 dephonsi, & S. Emerentiane.

Festum S. Anastasij Mart.
 Transferatur ad 1. die non im-
 peditam. In qua fit de eo se-
 mid. sp. de communi unius
 Mart. Orat. propria in singu-
 lari. Lect. 1. Noſt. de Scriptu-
 ra. Lect. 4. propria 5. & 6.
 Triumphalis, &c. In 3. Noſt.
 Evāg. si quis venit ad me, &c

FEBRUARIUS.

Die 2. Februarij in 2. vesp
 Purificationis B. M. V. com.
 S. Blasij Ep. & Mart.

Die 3. Februarij In festo
 S. Blasij Ep. & Mart. dup. in
 Die festi; omnia de communi
 unius Mart. in 1. noct. lect. de
 Scriptura. Lect. 4. propria vt
 in Breviar. 5. & 6. Trium-
 phalis. &c. In 3. Noſt. Evāg.
 Siquis vult venire &c. com.
 Noſt. S. Iuliani Ep. & Conf. In
 2. vesp. à cap. fit de die Noſt.
 S. Iuliani vt in 1. vesp. Fe-
 sti com. S. Blasij.

4 Si festum S. Blasij venerit
in Dominica septuag. sexag.
vel quinquag. transfertur in
die festo 9. lect. non impedi-
tum, & in Officio Domi-
nicæ in laudib. fit com. oct. S.
Iuliani. Vesp. de die oct. S. Iu-
liani com. Dominicæ.

MARTIVS.

Die 1. Martij.

In Festo SS. Angelorum
Custodem Diœcesis d. p. Ma-
ius. Si hoc Festum venerit in
Quadragesima fit com. fer.
ad vesp. & laud. & 9. lectio.
Si venerit in Dominica Qua-
dragesimæ, vel in fer. 4. Ci-
verum, transfertur in diem
sequentem.

Ad Vesperas, Añã.

Angelis suis & c. Cum reliquis
de Laudib. Psalmi de Dñica,
loco ultimi. Laudate Dñum
omnes gentes.

Capitulum Exod. 23.

Ecce ego mitto Angelũ
meum, qui præcedat
te, & custodiat in via, & in-
troducatur in locum, quem pa-
ravi: observa eum, & audi
vocem eius.

Hymnus.

Custodes hominum psal-
limus Angelos.
Naturæ fragili quos Pater
addidit.
Cælestis comites, insi-
diantibus
Ne succuberet hostibus.
Nam quod corruerit pro-
ditor Angelus,
Concessis merito pulsus
honoribus;
Ardens invidia, pellere
nititur
Quos cælo Deus advocat.
Huc custos igitur pervigil
advolo,
Avertens patria de tibi
credita
Tam morbos animi, quam
requiescere
Quidquid non finit incolas.
Sanctę sit Triadi laus pia
iugiter,
Cuius perpetuo numine
machina
Triplex hæc regitur, cu-
ius in omnia
Regnat gloria sæcula
Amen.
ψ. In conspectu Angelorum
psallam tibi Deus meus.
R. Adora-

SS. Angelorum Custod. Diœcesis.

Re. Adorabo ad templum
Sanctum tuum, & confi-
tebor nomini tuo.

Ad Magnificat. Añã.

Omnes sunt administratorij
spiritus, in ministerium mis-
si propter eos, qui heredita-
tem capiunt salutis.

Oratio.

DEUS, qui ineffabili pro-
videntia sanctos Ange-
los tuos ad nostram custo-
diam mittere dignaris: lar-
gire supplicibus tuis, & eo-
rum semper protectione de-
fendi, & eterna societate
gaudere. Per Dominum.

Ad Matutinum, Innotatorij.

Regem Angelorum Domi-
num: * Venite adoremus.

Psalms. Venite exultemus.

Hymnus. Custodes hominũ.

Vt in Vesperis.

In primo No. Turno, Añã.

Dominus Deus cœli, & ter-
ræ, ipse mittet Angelum su-
um coram te. *Psalms.* Domi-
ne Dominus noster.

*Et alij Psalmi No. Turni et in
Festo S. Michaelis Archange-
li 29. Septembris.*

Añã, Deus meus misit An-

gelum suum, & conclusit ora-
leonum, & non nocuerunt
mihi. *Psalms.* In Dño confido.

Añã. Bene ambuletis, &
Dominus sit in itinere vestro,
& Angelus eius comitetur
vobiscum. *Psalms.* Domine,
quis habitabit.

ÿ. Stetit Angelus iuxta arã
templi. *Re.* Habens thuribu-
lum aureum in manu sua.

De libro Exodi. Cap. 23.

Lectio j.

ECCE ego mitto Angelũ
meum, qui præcedat
te, & custodiat in via, &
introducatur in locum, quem
paravi. Observa eum, & au-
di vocem eius, nec contem-
nendum putes, quia non di-
mittet cum peccaveris: &
nomen meum in illo. Quod
si audieris vocem eius, &
feceris omnia, quæ loquor,
inimicus ero inimicis tuis, &
affligam affligentes te, præ-
cedetque te Angelus meus.
Re. Angelis suis Deus man-
davit de te, ut custodiant te
in omnibus vijs tuis. * In
manibus portabunt te, ne
vnquam offendas ad lapidẽ

pe-

pedem tuum. ꝑ. Milia mil-
lium ministrabant ei, & de-
cies millies centena millia
assistebant ei.

* In manibus.

Ex Zacharia Propheta.

Cap. 1.

Leſtio ij.

FActum est verbum Do-
mini ad Zachariam fi-
lium Barachia, filij Addo
Prophetam, dicens: Vidi per
noctem, & ecce vir ascen-
dens super equum rufum, &
ipse stabat inter myrteta,
que erant in profundo: &
post eum equi rufi, varij, &
albi, & dixi: Quid sunt isti,
Domine mi? Et dixit ad me
Angelus Domini, qui loque-
batur in me: Ego ostendam
tibi, quid sint hæc. Et res-
pondit vir, qui stabat in-
ter myrteta, & dixit: Isti sūt,
quos misit Dominus, vt per
ambulent terram. Et respō-
derunt Angelo Domini, qui
stabat inter myrteta, & di-
xerunt: per ambulavimus
terram, & ecce omnis ter-
ra habitatur, & quiescit.

℞. Respondit Angelus Do-

mini, & dixit Domine exer-
cituum. * Vſquequo tu non
misereris Ierusalem, &
urbium Iuda, quibus iratus
es? ꝑ. Iste enim septuages-
simus annus est. * Vſquequo
&c.

Cap. 2. Leſtio iij.

ET levavi oculos meos
& vidi, & ecce vir, &
in manu eius funiculus men-
sorum, & dixit: Quid tu va-
dis? Et dixit ad me: Vt me-
tiar Ierusalem, & videam
quanta sit latitudo eius, &
quanta longitudo eius. Et
ecce Angelus, qui loqueba-
tur in me egrediebatur, &
Angelus alius egrediebatur
in occursum eius, & dixit ad
eum: Curre; loquere ad
puerum istum, dicens: Abs-
que muro habitatur Ierusa-
lem præ multitudine homi-
num, & iumentorum in me-
dio eius. Et ego ero ei, ait
Dñs, murus ignis in circui-
tu, & in gloria ero in medio
eius.

℞. In conspectu gentium no-
lite timere: vos enim in cor-
dibus vestris adorare, & ti-
mete

mete Dominum: * Angelus enim eius vobiscum est.

Ÿ. Stetit Angelus iuxta arā templi habens thuribulum aureum in manu sua. * Angelus enim, Gloria Patri, & Filio, &c.

* Angelus enim.

In ij. Nocturno, Añā.

Cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram, ipsū benedicite, & canta te ei.

Psal. Cœli enarrant gloriam Dei.

Añā. Tollens se Angelus Domini, qui præcedebat castra Israel, abiit post eos.

Psal. Domini est terra.

Añā. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

Psal. Benedicam Dominū.

Ÿ. Ascendit fumus aromatatum in conspectu Dñi.

R. De manu Angeli.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

In Psalmum, Qui habitat.

Lectio iiij.

Angelis suis mandavit de te. Mira dignatio, & verè magna dilectio cha-

ritatis. Quis enim? Quibus? De quo? Quid mandavit? Studiose consideremus, fratres, diligenter cōmendemus memorie hoc tam graude mādatum. Quis enim mandavit? Cuius sunt Angeli? Cuius mandatis obtemperant? Cuius obediunt voluntati? Nempe Angelis suis mandavit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Nec cunctantur, quin etiam in manibus tollant te. Summa ergo maiestas mādavir Angelis, & Angelis suis mādavir. Illis vti que sublimibus, tam beatis, quam proximi sibi coherentibus, & verè domesticis, mādavir de te. Tu quis es? Quid est homo, quod memor es eius? Aut filius hominis quoniam reputas eum. Quasi verò non sit homo putredo, & filius hominis vermis. Sed quid putas mandavit de te? vt custodiante. R. Vivit ipse Dominus. * Quoniam custodivit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc revertentem. Ÿ. Et non permisit

misit me Dominus ancillam
suam coinquinari. * Quoniã
custodivit.

Lectio v.

Quantiã tibi debet hoc
verbum inferre re-
verentiam, asserre devotio-
nem, conferre fiduciam! Re-
verentiam pro præsentia, de-
votionem pro benevolentia,
fiduciam pro custodia. Cau-
te ambula, ut videlicet, cui
ad sunt Angeli, sicut eis mã
datum est, in omnibus vijs
tuis. In quo vis diversorio in
quovis angulo, Angelo tuo
reverentiam habe. Tu ne
audeas illo præsente, quod
vidente me non auderes. An
præsentem esse dubitas quẽ
non vides? Quid si audires?
Quid si tangeres? Quid si ol-
faceres? Vide, quia non so-
lo visu rerum præsentia com-
probetur. R. Angelus Dñi.
descendit cum Azaria, & so-
cijs eius in fornacem, & ex-
cussit flammam ignis de for-
nace. * Et non tetigit eos
omnino ignis, neque con-
tristavit. ψ. Benedictus
Deus eorum, qui misit An-

gelum suum, & eruit servos
suos, qui crediderunt in eũ.
* Et non tetigit eos.

Lectio vj.

In ipso itaque, fratres ad-
fectuose diligamus An-
gelos eius tanquam futuros
aliquando cohæredes no-
stros, interim vero acto-
res, & tutores à Patre posi-
tos, & præpositos nobis. Quid
substantis custodibus timea-
mus? Nec superari, nec se-
duci, minus autem seduce-
re possunt, qui custodiunt
nos in omnibus vijs nostris.
Fideles sunt, prudentes sunt
potentes sunt; Quid trepida-
mus? Tantum sequamur eos
adhæreamus eis, & in prote-
ctione Dei cœli commore-
mur. Quoties ergo gravis-
sima cernitur vrgere tenta-
tio, & tribulatio vehemẽs im-
minere, invoca Custodem
tuum, adiutorem tuũ in op-
portunitatibus, in tribulatio-
ne: inclama eum, & dic;
Dñe salvanos, perimus.
R. In omni tribulatione eo-
rum non est tribulatus; * Et
Angelus faciei eius salvavit
eos.

SS. Angelorum Custod. Diocesis.

eos. *ŷ.* In dilectione sua, & indulgentia sua, ipse redemit eos, & portavit eos, & elevavit eos cunctis diebus sæculi. * Et Angelus, &c. Gloria Patri. * Et Angelus.

In tertio Nocturno, Añã.

Misit Dominus Angelum suum, qui percussit omnem virum robustum, & bellatorem, & Principem exercitus Regis Assyriorum. *Psalms* Cantate Domino canticum novum.

Añã. Adorate Dñm omnes Angeli eius: audivit, & lætata est Sion.

Psalms. Dominus regnavit, exultet terra.

Añã. Benedicite Dominum omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbũ illius, ad audiendam vocẽ sermonum eius.

Psalms. Benedic anima mea Domino.

ŷ. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

R. Adorabo ad Templum Sanctum tuum: & cõfitebor nomini tuo.

Lectio Sancti Evangelij

secundum Mattheum.

Cap. 18.

IN illo tempore: Accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: quis putas maior est in Regno Cœlorum? Et reliqua.

Homilia S. Hilarij Episc.

Lectio viij.

Humilitas passionis scandalum mũdo est. In hoc enim maxime ignorantia detinetur humana, quod subdeformitate crucis æternæ gloriæ Dominum noluit accipere. Et quid mundo tam periculosum, quam non recepisse Christum? Verum tamen sub hominis nuncupatione auctorem scandali huius Iudaicum populum designat; per quem omne hoc mundo periculum comparatur, vt Christum in passione abnegent, quem lex, & Prophetæ passibilem prædicaverunt. Ideo enim necesse ait, venire scandala, quia ad Sacramentum reddendæ nobis æternitatis omnis in cõpassionis humilitas esset explenda.

B

R. Ma

& Machabæus, & qui cum eo erant, cognoverunt expugnari præsidia. * Cum fletu, & lacrymis rogabant Dominum, & omnis turba simul, ut bonum Angelum mitteret ad salutem Israël.

ψ. Cum pariter prompto animo procederent Ierosolymis apparuit præcedens eos eques in veste candida. * Cum fletu. *Penedictio.*

Quorum festum colimus, ipsi intercedant pro nobis ad Dominum.

Lectio viij.

Videte ne contempnatis unum de pusillis istis, qui credunt in me. Apusillimum vinculum mutui amoris imposuit, ad eos præcipue, qui vetè in Domino credidissent: pusillorum enim Angeli quotidie Deum vident: quia filius hominis venit salvare quæ perditæ sunt. Ergo, & filius hominis salvat, & Deum Angeli vident, & Angeli pusillorum præsumunt fidelium orationibus. Præesse Angelos, absoluta auctoritas est. Salvatorum igitur per Christum

orationes. Angeli quotidie Deo offerunt. Ergo periculose ille contemnitur, cuius desideria, & postulationes ad æternum, & invisibilem Deum ambitioso Angelorum famularu; ac ministerio pervehuntur.

&. Tu Domine, qui misisti Angelum tuum sub Ezechia Rege Indæ, & interfecisti de castris Sennacherib centum octuaginta quinque millia.

* Et nunc dominator cælorum mitte Angelam tuum bonum ante nos in timore, & tremore magnitudinis brachij tui.

ψ. Ut metuant qui cum blasphemia veniunt ad vertus sanctum populum tuum. * Et nunc. Gloria Patri. * Et nunc.

Lectio ix.

Atque ut ingentem esse in cælis lætitiæ reditu humanæ salutis ostenderet, comparationis posuit exemplum eius, qui oves nonaginta novem in montibus reliquisset, & errantem unam requisisset, quia inventa plus gaudij sit, quam habebatur in nonaginta novem conser-

SS. Angelorum Custod. Diœcesis.

vatione lætitiæ. Ovis vna homo intelligendus est, & sub homine vno vniversitas sentienda est. Sed in vnus Adæ errore omne hominum genus ab erravit. Ergo nonaginta. novem non errantes, multitudo Angelorum cœlestium opinanda est, quibus in cœlo est læticia, & cura salutis humanæ. Igitur, & querens hominem, Christus est; & nonaginta novem relictæ, cœlestis gloriæ multitudo est; cui cum maximo gaudio errans homo in Domini corpore est relatus.

Te Deum.

Ad Laud. & per Hor. Añã.

Angelis suis Deus mandavit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis.

Psal. Dominus regnavit.

Cum reliquis de Laudibus Dominicæ. Añã.

Laudemus Dominum, quæ laudant Angeli, quem Cherubim, & Seraphim, Sæctus, Sanctus, Sanctus, proclamant.

Añã. Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est: *Añã.* Benedictus

Deus, qui misit Angelum suum, & eruit servos suos, qui crediderunt in eum.

Añã. Laudate Deum omnes Angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius.

Cap. Ecce ego; vt in j. Vesp.

Hymnus.

ORbis patrator optime,
Qui quidquid est, potentia

Magna creasti, nec regis
Minore providentia.

Adesto supplicantium
Tibi reorum cœtui,
Lucisque sub crepusculam
Lucem novam da mentibus.

Tuusque nobis Angelus
Signatus ad custodiam,
Hic adsit, à contagio
Qui criminum nos protegat.
Serpentis nobis æmuli
Calumnias exterminet,
Ne rete fraudulentiæ
Incauta nectat pectora.

Metum propellat hostium
Nostris procul de sinibus:
Pacem procuret Civium,
Fugetque pestilentiam.

Deo Patri sit gloria,
Qui quos redemit Filius,
Et sanctus vnxit Spiritus,;

Per Angelos custodiat.

Amen.

ψ. In conspectu Angelorum
psallam tibi Deus meus.

℞. Adorabo ad Templum
sanctum tuum, & confitebor
nomini tuo.

Ad Benedictus, Añã.

Reversus est Angelus, qui lo-
quebatur in me, & suscitavit
me, quasi virum qui suscita-
tur à somno suo.

Oratio ut in 1. vesp̄is.

Ad iij. Añã.

Laudate Dominum.

*Capitulum. Ecce ego mit-
to Angelum. ut in Vesp̄.*

℞. Bre. Stetit Angelus,
* Iuxta aram templi. * Ste-
tit. ψ. Habens thuribulum
aureum in manu sua. * Iux-
ta. Gloria Patri. * Stetit.

ψ. Ascendit fumus aromatum
in conspectu Domini. ℞. De
manu Angeli.

Ad vj. Añã.

Angeli eorum.

Capitulum. Exod. 23.

NEC contemnendum pu-
res, quia non dimit-
ter cum peccaveris, & est no-
men meum in illo.

In Feste

℞. Ascendit fumus aromatum.

* In conspectu Domini.

* Ascendit. * De manu An-
geli. * In conspectu Domini.

Gloria Patri. Ascendit.

ψ. In conspectu Angelorum
psallam tibi Deus meus.

℞. Adorabo ad templum sanc-
tum tuum, & confitebor no-
mini tuo.

Ad ix. Antiphona.

Laudate Deum.

Capitulum. Exod. 23.

Quod si audieris vocem
eius, & feceris om-
nia quæ loquor, inimicus ero
inimicis tuis, & affligam af-
fligentes te, præcedetque te
Angelus meus.

℞. In conspectu Angelorum,

* Psallam tibi Deus meus.

* In conspectu.

ψ. Adorabo ad templum sanc-
tum tuum, & confitebor no-
mini tuo. * Psallam.

* Gloria Patri. * In conspectu.

ψ. Adorate Deum.

℞. Omnes Angeli eius.

*In 2. Vesp̄is, omnia ut in
1. & loco ultim. Psal.*

Confitebor tibi Domine in
toto corde meo: quoniam au-
disti,

SS. Angelorum Custod. Diœcesis.

13

disti. Vt in feria 6. ad vesp.
Ad Magnificat. Aña.
Sancti Angeli Custodes nostri
defendite nos in pralio, vt
non pereamus in tremendo
iudicio.

ORATIO.

Deus, qui ineffabili provi-
dentia.

Vt supra in 1. Vesperis.

APRILIS.

*Feria iij. post Octavam
Pasche.*

*In Dedicacione Ecclesie S. Ma-
rie Pompil. dup. 1. clas. cum
octava in Civitate, & extra
eam sine octava.*

*Omnia dicantur de communi
Dedicacionis Ecclesie cum Al-
leluia in fine invitat. Antiph.
Vers. & Resp. & Psalmi noc-
turnorum dicuntur sub prima
Antiphona.*

MAIUS.

*Die 9. Maij. Festum S. Grego-
rij Episc. & Conf. dup. in Bre-
viar.*

*In 2. Vesp. à cap. fit de S.
Martino Mart. dup. postea
fit com. S. Gregorij, & SS.*

*Gordiani, & Epimachi Mart.
Aña. Filia: Ierusalem. & Pre-
tiosa in conspectu Domini.*

*Die X. Maij. In Festo S.
Martini Layne s mart. dup. in
Diœcesis lect. 1. noct. de script.*
2. Sermo. S. Ambrosij: Dign-
num, & Congruum de Coi.
tempore Paschal. de 2. loco. In
3. Noct. homil. Ego sum vitis
vera, 9 lect. & com. SS. Gor-
diani & c. m. Aña. Lux perpe-
tua. & Sancti, & Iusti, & c.

ORATIO.

Præsta quæsumus omnipo-
tens Deus: vt qui B. Martini
Martyris tui, & c.

*Si hoc Festum venerit In-
fer. 2. rogat. vel vigil. Assens.
lect. 1. noct. Debitorum lunus.
vt in Coi. plurim. Mart. extra
tempus Paschali: si venerit in
die Assens. Domini trāsferatur
in fer. sextam sequ. nisi sit im-
peditur alio Festo 9. lect. si az-
tem venerit in Vigil. Pentec.
vel ipso die, trāsferatur post
oet. omnia de Coi. vnus mart.
extra temp. Pasch. lect. 1.
Noct. de script. in 2. Noct.*

B 3

Ser-

Sermo S. Augustini Ep. Trium-
phalis in 3. Noct. homil. S. Gre-
gorij Pap. et alius vult. de Coi.
2. loco.

DE FERIA III.

Post Festum SS. Trinitatis
fit de festo reliquiarum Ec-
clesie Cathedr. Pompil dup.
in tota Diocesi ex Sixto V.

Omnia de communi plurimo-
rum Mart. exceptis ut infra:
Lect. primi noctur. de scrip-
tura. In secundo nocturno.

Nemo est qui nesciat.

De communi plurim. mart.

In 3. noct. Evangel. De cen-
dens Iesus de monte: de eo-
dem communi.

ORATIO.

Propitiare, quesumus Do-
mine, nobis famulis tuis,
per sanctorum tuorum, quo-
rum reliquie in hac (vel in
illa,) continentur Ecclesia,
merita gloriosa: ut eorum pia
intercellione ab omnibus se-
per protegamur adversis. Per
Dominum, &c.

In alijs Eccles. pr.eter Cathe-
dral: non dicitur in orat.

In hac, sed in illa.

In dicta Feria 3. occurrat
festum dup. maius vel 1. vel
2. clas. transfertur festum
Reliquiar. ad diem sequent.
non impedit. festo duplici, vel
semidup. vel Domin. sed verò
occurrat dup. minus fit de
festo Reliquiar. in Cathedr.
non verò in alijs Eccles. sed
transfertur ad diem sequent.
non impeditam Festo duplici,
vel semiduplici, vel Domini-
ca. Festum semidup. occur-
rens in dicta fer. 3. trasfer-
tur ut supra.

IUNIVS.

Die 13. Iunij

Fit de S. Antonio Conf. dup.
ut in Breviar. In 2. vesp. in
Cathedralli à cap. fit S. Exu-
perij Episc. & Conf. com. S.
Antonij. Extra Cathedrala
ut in Breviar.

Die 14. Iunij.

In Cathedralli Exuperij Episc.
& Conf. dup. omnia ut in Coi.
Conf. Pontif. Oratio. Da que-
sumus, &c.

Lect. 1. Noct. de scriptura. In

2. & 3. noct. de Coi. 1. loco in
 2. Vesp. à cap. fit de S. Basilio
 Magno. Episc. & Conf. com. S.
 Exuperij & SS. Viti & c. m.
 Extra Cathedralē, in Diœce-
 si S. Basilij Magni. Episc. &
 Conf. dup. ut in Breviar. In 2.
 vesp. cap. S. Exuperij Episc. &
 Conf. com. Basilij & SS. Viti
 & c. m.

Die 15. Junij.

In Cathedrali S. Basilij Ma-
 gni Episc. & Conf. dup. 9. lect.
 (ex duabus) & com. SS. Viti
 & c. m. cum 2 vesp.

Extra Cathedralē S. Exu-
 peri Episc. & Conf. dup. omnia
 ut supra 9. lect. (ex duabus)
 & com. SS. Viti & c. m.

Si hoc ipso die occurrat
 dies Dominica, vel faciendū
 sit officium de aliquo festo du-
 plici prius traslado, sit de Do-
 minica, vel de festo prius tras-
 lato Iuxta rubricas Breviarij
 & officia S. Basilij in Cathe-
 drali, & S. Exuperij in Diœ-
 cesi transferuntur in prime
 Die officio 9. lect. non impe-
 dita.

* * *
 * * *

IVLIVS.

Die 6. Julij: In oct. Apost.
 Petri, & Pauli dup. ut in Bre-
 viar Vesp. S. Firmini Episc. &
 mart sine com. oct. Apost. Pe-
 tri, & Pauli.

Die 7. Julij:

In festo S. Firmini Episc. &
 mart. & Patroni Diœcesis, &
 Regni dup. 1. clas. cum. oct. Pō-
 pilov. Diœcesi, & Regno cū 2.
 vesp. vel in eis com. S. Marg-
 ritæ viduæ Regine Scotiæ, &
 quando hoc festū venerit in Sab-
 bato in 2 vesp. sit com. de fe-
 sto Coronæ Domini, & Dom.
 currentis, & ex anno omniti-
 tur Officium S. Margaritæ.

Omnia de communi tenius
 Martyris.

ORATIO.

DEUS, qui nos Beati FIR-
 MINI Martyris tui, at-
 que Pontificis annua solem-
 nitate lætificas: concede pro-
 pitius, ut cuius natalitia ce-
 limus, de eiusdem etiam pro-
 tectione gaudiamus. Per Do-
 minum, &c.

LECTIO I. Noct. Amileto. ut
 in comm. n. v. Mart.

In secundo nocturno.

LECTIO

Lectio iij.

Firminus Pompelone nobilibus parentibus Firmo, & Eugenia natus, vna cū illis à Beato Saturnino Episcopo Tolosanobaptizatus est: à quo, & Honesto Præsbytero, vt Christiana Religione imbueretur, traditus; tantum in ea profecit, vt regione circumquaq; Evangelicis documentis, & vitæ sanctitate illustraret. Episcopus Pōpelonensis creatus, terrenis facultatibus in pauperes erogatis, ad manus Apostolicū se accingens, cum intelligeret per vniversam Galliam inferri sævam Christianis persecutionem, Pompelona discedens, multas Galliarum vrbes perlustravit, atque ab idolorum cultu innumeram multitudinem Agennensium, & Andegavensium ad Christi fidem convertit; Dño, eius doctrinam multis miraculis confirmante.

R. Honestum fecit.

Lectio v.

INde Bellovacum petens, cum pro stirpanda idola-

ri e superstitione plurimum laboraret, à Valerio præsidē comprehensus, & flagellis vsque ad necem cæsus, in carcerem coniectus est. Sergio autem Valerij successori reservatus, eo loco in ediam, & squallorem diu patienter tulit: sed vi à populo liberatus in ea Civitate diutius prædicavit. Ecclesiam in honorem Prothomartyris Stephani, aliasque nonnullas construxit. Inde Ambianum perrexit, vbi quadraginta dierū spatio, multis editis miraculis tria hominum millia ad Christi fidem convertit, sacroque baptisinate abluit. Porro Sebastianus, & Longinus præfides, cum certo scirent Firmi prædicatione multas sue Proviñtiæ vrbes idolis contemptis Christum colere, Treveris Ambianum quam celerime ad venerunt: & Firminum graviter obiurgatum, quod contra Imperialia edita novam religionem induceret, in carcerem detrudūt. At populi seditionem veriti, intempeste noctis silentio eū

capi

capite plesti iusserunt, septimo Kalendas Octobris.
R. Desiderium animæ.

Lectio vj.

Eius corpus Faustianus Senator, qui ab ipso Firmino fuerat lavacro baptismatis regeneratus, clam se pelivit: quod ibi latuit vsque ad Theodoricum Regem. Quo tempore Saluius venerabilis Ambianensium antistes assiduis precibus à Deo impetravit (ingenti super sepulchri locū lumine radiante, & ex eodem suavissimo odore ad vicina vsque oppida flagrante) sancti Martyris reliquias sibi revelari. In quarum translatione elementa etiam ipsa visa sunt ei obsequium præstitisse. Nam Idibus Ianuarij, cum hiems esset horrida, subito omnes regionis arbores floribus, & folijs virentibus vestite, præta lilijs, ac rosis plena omnibus arridebant. Denique multi ægroti, & infirmi ob merita Sancti Firmini, illa die integram sanitatem recuperarunt.
R. Stola iucunditatis.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelij, secundum Ioan.

Cap. 12.

Lectio vij.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Amen amen dico vobis: Nisi granū frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Et reliqua.

Homil. S. August. Episcop. Tract. 31. in Ioan. sub mediū.

Ipse Dominus Iesus erat granum mortificandum, & multiplicandum: mortificandum, infidelitate Iudæorum: multiplicandum, in fide populorum: Iam vero exortans nos ad passionis suæ lectanda vestigia. Qui amat (inquit) animam suam, perdet eam. Quod duobus modis potest intelligi. Qui amat, perdet: id est, si amas, perdes: si cupis vitā tenere cum Christo, noli mortem timere pro Christo. Item alio modo: Qui amat animam suam perdet eam: noli amare hanc perdas: noli amare in hac vita, ne perdas in æterna vita.

R. Corona aurea.

C

Lectio

Leſſio viij.

HOc autem quod poſte-
rius dixi magis videtur
habere Evangelicus ſenſus.
Sequitur enim, & qui odit
animam ſuam in hoc mun-
do, in vitam æternam custo-
dit eam. Ergo quod ſupra-
dictum eſt, qui amat (ſub in-
telligit, in hoc mundo) ipſe
vtrique perdet: qui autē odit
(vtrique in hoc mundo) in
vitam æternam ipſe custodit
eam. Magna & mira ſenten-
tia, quemadmodum ſit ho-
minis in animam ſuam amor,
vt pereat: odium ne pereat:
ſi male amaveris, tunc odiſti:
ſi bene oderis, tunc amaſti.
Fælices, qui oderunt custo-
diendo, ne perdant amando.
ꝛ. Hic eſt.

Leſſio ix.

Sed vide, ne tibi ſubre-
pat: vt te ipſum velis in-
terimere, ſic intelligendo,
quod debes in hoc mundo
odiſſe animam tuam. Hinc
enim quidam maligni, atque
perverſi homines, & in ſe-
metipſos crudeliores homici-
dæ, flammis ſe donāt, a quibus
ſe præſocant: præcipitio ſe col-

lidunt, & pereunt. Hoc Chri-
ſtus non docuit, imò etiam
ſibi præcipitium diaboli ſug-
gerenti reſpondit: Vade Sa-
tana: Scriptum eſt enim: Non
tenebis Dominum Deum
tuum. Petro autem dixit, ſig-
nificans qua morte clarifica-
turus eſſet Deum: Cum eſ-
ſes iunior cingebas te, & am-
bulabas quò volebas: cum
autem ſenueris, alter cinget
te, & ducet quò tu non vis.
Vbi ſatis expreſſit, non à ſe
ipſo, ſed ab alio debe occidi,
qui veſtigia ſequitur Chriſti.

Te Deum.

*Dominica infra Octauam S.
Firmini, quæ eſt prima poſt
Octavam Apoſtolorum Petri,
& Pauli, ſit feſtum Coronæ Do-
mini, dupl. cuius officium ſit,
vt infra ponitur.*

Die 8. I. liij.

*Secunda die infra oct. S. Fir-
mini. In 1. Noſt. leſt. de Scrip-
tura, vel ſit de feſto S. Mar-
garitæ ſem. (ad libitum) vt in
Breviar. cum com. oct. in La-
tib. In 2. Veſp. à cap. ſit de
oct. com. Margaritæ.*

In ſecundo Noſturno.

Sermo S. Fulgentij Episcop.
De

CLarum tanti Martyris natalis diem, Beati scilicet Firmini. Quo terrenis, ac moribundis membris exutus, ad æternæ præmiæ vitæ transmigravit, & Sacerdotij eius doctrinam, ad martyrij nobis victoriam commendavit, fecitque ex temporali quondam tristitia liberior. Dum enim inter periculum cruentæ mortis, & gloriam devoti certaminis Episcopus confitendo patitur: Ecclesia orando compatitur. Quis nesciat, hunc ipsum, qui nunc annua circumstitutione festus nobis revoluitur dies; Christianis, ac Religiosis mentibus, illo tunc tempore fuisse sollicitum? dum adversus diabolum ab Antistite suscepto culmine pia plebis expectatio trepidaret, atque ita fides resisteret persequenti, ne caro succumberet blandienti; ita pastor præcederet, ne ovile desereret, desertumque lupus invaderet?
 R. Honestum.

DOlebat Ecclesia subtractum interim suo confortio tam clarissimum Sacerdotem: sed tamen gaudebat, prostrato adversario Christi martyrem extitisse victorem. Erat in memoria doctrina laudabilis, verabatur ante oculos virtus mirabilis, quando sanctus Deo servavit, quod docuerat: & quid ceteri facere deberent, non iam verbis, sed operibus demonstrabat, fidem sermonum exemplis, rerum valida soliditate confirmans, credens, & confidens pro omnium salute Christum nortuum, ac se pro eius nomine non subtrahere occidendū. Cuius enim sanguine tunc indignus redemptus fuerat, dignum suum sanguinem pro illo fundebat: & cuius sanguinem in hac vita fideliter biberat, ab ipso sibi æternam vitā reddi posse crediderat.
 R. Honestum desiderium.

INteritus contempsit principum iussa, & iudicium
 C2 edi.

edictū. Paratus excepit percussoris ictum: & animum soli Deo subditum, etiam ipsa mors servavit invictum. Denique nihil enim revocavit à pastoris, gregisque custodia, apparitor violentus, persecutionis tempus, iudicis metus, imminens gladius, proximus mortis occatus. Proinde considerantes eius luctam, perseverantiam, victoriam pariter, & coronam & quid evaserit, quo pervenerit, dulci mentis speculo retroentes, annua devotione cantemus, Benedictus Dominus, qui non dedit nos in veneratione dentibus eorum: laquens contritus est, & nos liberati sumus.

R. Stola incenditatis.

Intertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelij,
secundum Ioan.

Cap. 12.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis; nisi granum trimenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsam solum manet: Et reliqua.

De Homilia S. Augustini
Episcopi.

Ex tract. 51. in Ioan.

Lectio vij.

CVM ergo causæ articulus venerit, ut hæc conditio proponatur, aut faciendum esse contra Dei præceptum, aut ex hac vita emigrandum: quorum duorum homo si cogatur alterum eligere, comminante mortem persecutore, ibi eligat Deo dilecto emori, quam offenso vivere. Ibi oderit in hoc mundo animam suam, ut in vitam æternam custodiat eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur. Quid est, me sequatur, nisi me imitetur? Christus enim pro nobis passus est, ait Apostolus Petrus, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia eius.

R. Corona aurea.

Lectio viij.

ECce quod dictum est: si quis mihi ministrat, me sequatur. Quo tractu? Qua mercede? Quo præmio? Et ubi sum, inquit, ego, illic & minister meus erit. Gratis
ame-

ameus, ut operis, quo ministratur illi, pretium sit, esse cum illo. Vbi enim bene erit sine illo, aut quando male esse poterit cum illo?

R. Hic est.

Lectio ix.

A Vdi evidentiis: si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus: quo honore, nisi ut sit cum Filio eius? Quod enim superius ait: ubi ego sum, illic & minister meus erit, hoc intelligitur exposuisse, cum dicit: honorificabit eum Pater meus. Nam quem honorem maiorem accipere poterit adoptatus, quam ut sit ubi est vicus, non equalis factus divinati, sed consociatus aeternitati.

Te Deum.

DIE IX. IULII.

Tertia die, de infraoctava.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Augustini Episcop.

Sermone 44. de Sanctis.

Lectio iiii.

I Patienter permitit aegrotare se a medicis secari, vri, & varijs amaritudinum con-

fectionibus anxari, ut temporali tandem restituantur sanitati. Quanto magis S. Firminus longanimiter toleravit omnem acerbitatem tormentorum temporalium, ut coronaretur in misericordia, & miserationibus, & in bonis satiaretur desiderium suum? In torculari itaque conculcari voluit, ut tamquam vva maturata in vinum desiceret, & vinum malorum granatorum dilecto suo propinaret; quo mentes religiose ebriate sciunt viriliter conculcare, & ad aeterna irretoris oculis anhelare. R. Honestum.

Lectio v.

Q VI ergo in tirocinio suo mundanas contempsit divitias: qui corporales etiam refranavit illecebras: qui in provectu militiae suae multas est perpessus iniurias, in perfectione sacrificij, nihil sibi reservans, se ipsum obtulit holocaustum, bibens illum calicem preciosum, quem sedens ad magnam mentem sacre lectionis sibi prius ab invitate sue

vide-

viderat appositū. Cuius mors quantumcumque videatur in conspectu reproborum despicabilis, in oculis tamen eius est preciosa, qui in sanctis suis est mirabilis. At ipse enim primo vocavit militem suum, ipse magnificavit, ipse iustificavit, ipse dedit ei pugnare, ipse dedit & vincere. Longè est dissimilis hæc militia mundanæ militiæ, in qua victores existimantur, qui quod male desiderant, assequuntur, qui lætantur, cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis.

℞. Desiderium.

Lectio vj.

IN Christiano ergo agone manifesta est pœna, occulta victoria, secundum quod ex persona martyrum clamat Psalmista: Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis. In Deo faciemus virtutem: tamquam si dicerent: victoria nostra, gloria nostra intus est, non foris est: foris despecti, intus dilecti. ℞: Stola.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelii se-

cundum Ioannem:

Cap. 12.

IN illo tempore dixit Iesus Discipulis suis: Amen amē dico vobis: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: & reliqua.

De Homilia S. Augustini
Episcopi.

Lectio vij.

QUID sit ministrare Christo, cui operi merces tanta proponitur, hoc potius debemus inquirere. Si enim hoc putaverimus esse Christo ministrare, ea quæ sunt corpori necessaria præparare, aut cœnanti cibum coquere, vel apponere, vel poculum dare, poculumque miscere: fecerunt hoc illi, qui potuerunt illum in corpore habere præsentem, sicut Martha, & Maria, quando Lazarus vnus erat ex discubentibus. Sed eo modo Christo etiam Iudas perditus ministravit. Nam & loculos ipse habebat: & quamvis ex eis, quæ mittebantur, sceleratissime furaretur, per illum ra-

men

men etiam necessaria para-
bantur. R. Corona.

Lectio viij.

Nullo modo igitur de hu-
iuscemodi ministro di-
ceret Dominus: vbi sum ego,
illic & minister meus erit: &
si quis mihi ministraverit,
honorificabit eum Pater meus:
quoniam Iudam talia mini-
strantem reprobatum potius
quam honoratum videmus.
R. Hic est:

Lectio ix.

VT quid ergo alibi que-
rimus, quid sit ministra-
re Christo, & non potius in
istis ipsis verbis agnoscimus?
Cum enim dixit: si quis mihi
ministrat, me sequatur: hoc
intelligi voluit, ac si diceret: si
quis me non sequitur, non mi-
hi ministrat. Ministrant ergo
Iesu Christo, qui non sua que-
runt, sed quæ Iesu Christi.

Te Deum.

In 2. vesp. à cap. de Septem
Fratrib. com. oct.

Die x. Iulij.

Quarta die: fit Officium de
Septem Fratribus, &c. ut in

Breviario: Cum commemora-
tione octava.

Die xi Iulij.

Quinta die de infra Octava
cum commemoratione S. Pij
Pape & Mart.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Petri Chrylogi, de
Sancto Apollinari 128.

Lectio iij.

Merito S. Firminus, quia
iuxta mandatum Dei
sui perdidit animam suam,
eam invenit in vitam sempi-
ternam. Beatus, qui ita cur-
sum consummavit, fidem ser-
vavit, ut verè primus à cre-
dentibus suo reperiretur in
loco. Nec eum quisquam Cō-
fessoris vocabulo minorem
credat esse, quam martyrem,
quem Dei nutu quotid ianū,
& multiplicè reversum conf-
picit ad agonem. Audi Psa-
lum dicentem: Quotidie
morior: semel mori parum
est eum, qui potest regi suo
gloriosam sæpe de hostibus
referre victoriam.

R. Honestum.

Lectio v.

Non tam mors, quam fides, & devotio martyrem facit: & sicut virtutis est in acie, in conflictu, pro amore succumbere; ita perfectæ virtutis est diu agere, & consummare certamina. Non ideo persecutus est martyrem, quia non intulit mortem, sed probavit martyrem, quia non elicuit fidem, iniecit tela, quæ potuit, & omnia armorum suorum genera callidus exegit inimicus: nec tamen fortissimi ductoris movere mentem potuit, aut temperare constantiam.

R. Desiderium,

Lectio vj.

Sed ut propugnatorem sibi sibi Ecclesia sancta retineret, Christo vehementer occurrit, ut vincenti iustitiæ reservaret coronam, & sibi belli tempore præliatoris sui præsentiam condonaret. Et quid plura, fratres? Egit, egit Ecclesia sancta mater, ut nunquam à suo separaretur Antistite. Ecce vivit, ecce ut

bonus Pastor suo medius assistit in grege: nec unquam separatur. Spiritu, qui corpore præcessit ad tempus: extinctus est diabolus, persecutor occubuit: ecce regnat, & vivit, qui pro rege suo desideravit occidi, qui vivit & regnat Deus per omnia sæculorum sæcula.

R. Stola &c.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelij secundum Ioannem. Cap. 12.

Lectio vij.

In illo tempore: dixit Iesus discipulis suis: Amen, amē dico vobis: Nisi granum frumentis cadens in terrā mortuum fuerit, ipsum solum maneat. Et reliqua,

De Homilia S. Augustini Episcop. Ex tractatu 15. in Ioannem.

Minister est Christi, usque ad illud opus magnæ charitatis, quod est animam suam pro fratribus ponere, hoc est enim, & pro Christo ponere: quia, & hoc propter sua membra dicturus est, cum pro istis fecistis, pro

me

me fecistis. De tali quippe opere etiam se ministrum facere, & appellare dignatus est, ubi ait: sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & animam suam pro multis ponere. Hinc ergo est, unusquisque minister Christi, unde est minister, & Christus. Sic ministrantem Christo honorificabit Pater eius honore illo magno, ut sit cum filio eius, nec unquam deficiat fidelitas eius.

R. Corona, &c:

Lectio viij.

CUM ergo auditis, fratres, Dominum dicentem: ubi ego sum; illic & minister meus erit: nolite tantummodo: bonos Episcopos, & Clericos cogitare: etiam vos pro modulo vestro ministrare Christo, bene vivendo, eleemosynas faciendo, nomen, doctrinamque eius quibus potueritis predicando, ut unusquisque etiam Pater familias hoc nomine agnoscat paternum affectum suae familiae se debere. Pro Christo, & pro vita aeterna suos om-

nes admoneat, doceat, hortetur, corripiat, impendat benevolentiam, exerceat disciplinam. R. Hic est.

Nona Lectio de S. Pio Papa, & Mart. ut in Breviar. Añ. pro eius commem. Iste Sanctus. V. Gloria, & honore. Vesp. de S. Ioanne Gualberto Conf. com. oct. & SS. Naboris, &c. mart.

Die 12. Iulij.

Sexta die infra Oct. fit Officium de S. Ioanne Gualberto Conf. dup. ut in Breviar. com. oct. & SS. Naboris, &c. mart. In 2. vesp. commemor. S. Anacleto Pap. & mart. & oct. Oratio pro S. Firmino. Infirmitatem.

Die 13. Iulij.

Septima die, infra Octava, fit de S. Anacleto Pap. & m. semidup. ut in Breviar. com. oct. Añ. Iste Sanctus. V. Gloria, & honore. Vesp. de Oct. S. Firmini com. S. Anacleto, & Oratio, Infirmitatem nostram.

Die 14. Iulij.

In die Octava S. Firmini.

D

Om-

*Omnia, ut in die: Lectiones
primi Nocturni de scriptura.*

In secundo Nocturno.

Sermo S. Ioannis Chrylost.

De Sancto Ignatio, tom. 5.

Lectio i.

Tempus animadvertite, fratres, quo dignitatem Episcopalem Beatus Firminus est assecutus: neque enim est eadem nunc, quæ tunc erat Ecclesiam gubernandi conditio: non æqualis est labor vitam tritam, & planè paratam post multos ingredi viatores, atque eam, quæ nunc primo secunda est, quæque prærupta, & saxosa, feritque plena, nec ullum adhuc viatorem admisit. Tunc autem quocumque quis oculos venteret, ubique præcipitia, barathra, & bella, & pugna, & pericula: Imperatores, & Reges, & populi, & Civitates, & gentes, & domestici, & alieni, credentibus insidias tendebant.

R. Honestum.

Lectio v.

Quemadmodum igitur gubernatorem ad-

miramur; non quod vectores possint in portum incolumes ducere, cum mare tranquillum est, cumque navis fertur ventis secundis, sed cum insaniente pelago, ventisque ferientibus, qui in navi sunt inter se disentiunt, magna tempestate intus, & foris navigantes exagitante, navim tamen potest dirigere, & conservare: sic eos, qui tunc Ecclesiã regebant multo magis, quam illos, qui eam in præsentem gubernant, suscipere, & debemus mirari, quando multa bella intus, & foris quando fidei planta imbecillior erat adhuc, & diligentia magis indigebat: quando veluti modo genitus infans Ecclesiæ populus, magnam providentiam, atque sapientiam animæ, à qua nutriendus esset, postulabat.

R. Desiderium.

Lectio vi.

Verum, ne totum tempus in Episcopatus consideratione collocantes ab ijs, quæ ad eum vti martyrem spectant, enarrandis exclu-

S. Fermini.

cludamur age, ad illius certamina contendamus. Verus enim diabolus, & adstruendas aptus insidias, existimabat si Pastores sustulisset, & ovilia se facile direpturum. Sed qui comprehendit astutos in eorum astutia, ostendens Ecclesias suas non ab hominibus gubernari, sed eos, qui in ipsum credunt, semper à se regi, id fieri permittebat, ut cum cerneret, rectoribus sublati, non tamen religionem deleri; neque veritatis prædicationem extinguere, sed potius augeri: ex rebus ipsis, & ipse, & qui ei inserviebant, omnes intelligerent, Christianorum disciplinam non ab hominibus pendere, sed in cælis radices agere, Deumque esse, qui ubique Ecclesias tueretur.

R. Stola.

In tertio Nocturno.

Lectione S. Evangelij secundum Ioannem.

Cap. 12.

IN illo tempore dixit Iesus Discipulis suis: Amen amen dico vobis: Nisi granum fru-

menti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: & reliqua.

Homilia S. Ioannis Chrysostomi.

Homil. 66. in Ioan.

Lectio vij.

Dulcis prærens vita est, & multæ plena voluptatis, non tamen omnibus, sed ijs tantum, qui illi sunt affixi. Quod si quis in cælum suspenderit, & quæ ibi præclara sunt, contemplatus fuerit, statim hanc contemnet, ac nullius pretij existimabit. Nam & corporum pulchritudo, quoad pulchrius non deprehenditur, in admiratione habetur: cum verò aliud præstantius apparuerit, illa prior despicitur. Quod si illam pulchritudinem, etiam nos intueri voluerimus, & caelestis Regni speciem considerare, contestim nos huius sæculi vinculis dissolvemus.

R. Corona.

Lectio viij.

Vinculum namque est renatum terrarum affectio:

fectio: ad cuius dissolutionem
 ut nos induceret Christus,
 quid dicat attende: Qui amat
 animam suam perdat eam,
 & qui odit animam suam in
 hoc mundo, in vitam æter-
 nam custodit eam. Ænigma-
 ti simile hoc dictum videtur:
 non tamen ita est, immò ve-
 rò præcipue sapientiæ ple-
 num. Et quomodo qui amat
 animam suam perdet eam?
 Qui absurdis eius cupiditati-
 bus obtemperat, qui præter
 debitum ei indulget: quem-
 admodum è contrario, qui
 odit eam in hoc mundo, cu-
 stodit eam: hoc est, qui non
 parec ei, cum noxia iubet.
 & Hic est.

Lectio ix.

ET non dixit, qui non pa-
 ret, sed qui odit. Sicuti
 etiam quos odio habemus, ne
 vocem quidem audire, nec
 vultum eorum videre æquo
 animo patimur: ita & anima,
 si quid præter Dei volunta-
 tem nobis imperat, vehemē-
 ter averfari oportet. Cum
 enim iam de morte ad eos
 verba facturum esset, de mor-

te videlicet sua, & prævide-
 ret eorum tristitiam, & exa-
 nimationem, per excessum
 locutus est, inquam: Quid
 dico, si mortem meam gene-
 rose ponteretis? Nisi vos ipsi
 moriamini, nullum vos le-
 quetur emolumentum.

Te Deum laudamus.

*In 2. Vesp. fit eom. Henrici
 Conf. semidup. festum S. Bona-
 venturæ transfertur in 1. diē
 Officio duplici semidup. aut
 Dominica non impeditam.*

I V L I I

*Dominica post Octav. Apostol.
 Petri, & Pauli.*

IN FESTO CORONÆ

Domini, dup. maius.

*Si hoc festum venerit in die
 S. Firmini, transfertur in se-
 quentem Dominicam post oc-
 tav. S. Firmini.*

Ad Vesperas. Añã.

*Adest nova Solemnitatis. Cũ
 reliquis de Laud. Psal Dixit
 Dominus: cum reliquis de Do-
 minica, & loco ultimi dici-
 tur Psalm. Laudate Domi-*

num omnes gentes.

Capitulum. Cant. ij.

E Gredimini, & videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua.

Hymnus.

Æ Terne rex altissime,
Reddens coronas perditas,

Da coronæ sanctissimæ
Laudes proferre debitas.

Coronæ Christi capitis,
Signum nostræ tristitiæ,
Honoribus exhibitis,
Det nunc vocem lætitiæ.
Scertum signat victoriam,
qua Christus mortem expulit.

Qua donat nobis gloriam,
Quæ caput nostrum sustulit.

In tanto diademate
Rosa floret cum lilio,
Cum vtriusque pneumate
Sit laus Patri, & Filio. Amen.
ÿ. Tuam coronam adoramus
Domine.

R. Tuam gloriosam recolimus
passionem.

Ad Magnificat. Antiphona.

Cōsecrator coronæ spineæ, per
petuæ largitor laureæ, fons

almæ benis celebrantes tanta
solemnia duc ad illa festa
fælicia supernæ Civitatis, vbi
vera sunt gaudia.

ORATIO.

PRæsta ~~nos~~ quæsumus omnipotens Deus, vt qui in memoriam passionis Domini nostri Iesu Christi coronam eius spineam veneramus in terris: ab ipso gloria, & honore coronari mereamur in cælis. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, &c.

Deinde fit commemor. Dominicæ occurrentis,

Ad Matutinum. Invitarum.

Iubilemus Christo regi Domino: * Qui post coronam spineam coronam confert gloriæ.

Psalms. Venite exultemus.

Hymnus.

Sacræ Christi celebremus
Coronæ solemniam;
Et ipsius revochemus
Ad mentem præconia,
Vt impleta comprobemus
Legis vaticinia.

inter

Inter vepres demonſtra-
tur

Veruex harena cornibus,
In quo Chriſtus figuratur
Coronandus ſentibus:
Deus vivit, immolatur
Homo pro hominibus.

Sine rubus inflammatur,
Nec tamen comburitur:
Ignis ſpinis coronatur,
Quo culpa conſumitur:
Nec læditur, ſed ſaceratur
Spina dum ſic tangitur.

Arcam, mentam, & altare
Seruum ambit aureum,
Et ſculptura cingit mare
Sacerdotum æneum,
Que nunc Chriſti ſignat clare
Diadema ſpineum

Gloria, & honor Deo,
Uſque quaque altiſſimo,
Vna Patri, Filioque,
Inclito Paraclito,
Cui laus eſt, & poteſtas
Per æterna ſæcula. Amen.

In primo Noſturno.

Añs. Spineos aculeos ſuffert
vir beatus, impio iudicio
morte condemnatus.

Pſalm.

Beatus vir, qui non abiit
in conſilio impiorum,

& in via peccatorum non
ſtetit, * & in cathedra peiſi-
lentiæ non ſedit.

Sed in lege Domini vo-
luntas, * & in lege eius me-
ditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum,
quod plantatum eſt ſecus
decuſus aquarum, * quod
fructum ſuum dabit in tem-
pore ſuo.

Et folium eius non de-
ſluet, * & omnia quacum-
que faciet proſperabuntur.

Non ſic impij, non ſic: *
ſed tamquam puluis, quem
proiecit ventus à facie terræ.

Ideo non reſurgent impij
in iudicio: * neque pecca-
tores in concilio iuſtorum.

Quoniam novit Dominus
viam iuſtorum, & iter im-
piorum peribit.

Añs. Spineos aculeos ſuffert
vir beatus, impio iudicio
morte condemnatus.

Añs. Reges terræ, & omnes
populi novum carmen agite
de Corona Domini.

Pſalm.

Quare fremuerunt gen-
tes, & populi madita-
ti

ei sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & Principes con-
nerunt in vnum, * adversus
Dominum, & adversus Chri-
stum eius.

Dirumpamus vincula eo-
rum: * & projiciamus à no-
bisiugum ipsorum.

Qui habitat in caelis irride-
bit eos: * & Dominus subla-
nabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira
sua, * & in furore suo con-
turbabit eos.

Ego autem constitutus sum
rex ab eo super Sion montem
sanctum eius, * prædicans
præceptum eius.

Dominus dixit ad me: * Fi-
lius meus es tu, ego hodie
genui te.

Postula à me, & dabo tibi
gentes hæreditatem tuam, *
possessionem tuam terminos
terræ.

Reges eos in virga ferrea, *
& tamquam vas figuli con-
friges eos.

Et nunc reges intelligite: *
erudimini qui iudicatis ter-
ram.

Servite Domino in timore: *

& exultate ei cum tremore.
Apprehendite disciplinam,
ne quando irascatur Dñs, *
& pereatis de via iusta.

Cum exarserit in brevi ira
eius, * beati omnes qui con-
fidunt in eo.

Añã. Reges terræ, & omnes
populi, novum carmen agite
de corona Domini.

Añã. Tu Domine susceptor
meus, gloria mea, exaltans
caput meum.

Psa'm.

Cum invocarem, exaudi-
vit me Deus iustitiæ
meæ: * in tribulatione dilata-
stis mihi.

Miserere mei, * & exaudi
orationem meam.

Filij hominum usquequò gra-
vi corde: * ut quid diligitis
vanitatem, & quaritis men-
dacium?

Et scitote quoniam mirifica-
vit Dominus sanctum suum:
* Dominus exaudiet me,
cùm clamavero ad eum.

Ira vobiscum, & nolite pecca-
re: * quæ dicitis in cordibus
vestris, in subiliis vestris
compungimini.

Sacri-

Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. * Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: * deus dilecti lætitiã in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei sui, * multiplicati sunt.

In pace in id ipsum * dormiam, & requiescam:

Quoniam tu Domine singulariter in spe * constituisti me.

Añã. Tu Domine susceptor meus, gloria mea, exaltans caput meum.

ψ. Posuisti Domine super caput eius. R. Coronam de lapide pretioso.

De Isaia Propheta.

Cap. 61.

Le. 7io j.

Spiritus Domini super me, pro eo quod unxit Dominus me, ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem captivis indulgentiam, & clausis a pertionem: ut prædicarem annum placabilem Domino: diem ultionis

Deo nostro, ut consolarem omnes lugentes: ut ponerem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mæroris: & vocabuntur in ea fortes iustitię, plantatio Domini ad glorificandum.

R. Exiit IESVS portans spinicam coronam, & purpureum vestimentum: * Et dicit eis Pilatus: Ecce homo.

ψ. Egredimini filiæ Sion, & videte regem vestrum coronatum corona, qua coronavit eum mater sua; * Et dicit eis.

Le. 7io ij.

ET stabunt alieni, & pascent pecora vestra: & filij peregrinorum, agricolæ, & vinitores vestri erunt. Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini: ministri Dei nostri, dicetur vobis: fortitudinem gentium comederis, & in gloria earum superbiatis. Pro confusione vestra duplici & rubore laudabunt partem suam: propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis.

R. Le-

RE. Levavit Abraham oculos suos, & viditque post tertium arietem inter verpres habentem cornibus: * Quem assumens obtulit holocaustum:

Ÿ. Proprio filio non pepercit Deus, si d pro nobis omnibus tradidit eum.

* Quem assumens.

Leſtio iij

GAudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis; & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi spō sum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut ortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinavit iustitiam, & laudem coronam vniuersis gentibus.

RE. Milices plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius: * Et percutiebant caput eius arundine. Ÿ. Maledicta terra in opere tuo, spinis, & tribulus germinabit tibi: * Et percutiebant.

In secundo Nocturno.

Ant. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti eum Domine.

Psalm.

Verba mea auribus percipe Domine, * intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ; * rex meus, & Deus meus.

Quoniam ad te orabo: * Domine, mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi, & videbo: * quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit iuxta te malignus: * neque permanent iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: * perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus: * ego autem in multitudine misericordiae tuæ.

Introibo in domum tuam: * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iustitia tua: * propter inimicos meos

E

diri-

dirige in confpectu tuo viam
meam.

Quoniam non est in ore eo-
rum veritas : * cor eorum
vanum est.

Sepulchrum patens est gut-
tur eorum , linguis suis dolo-
se agebant , * iudica illos
Deus.

Dedicant à cogitationibus
suis , secundum multitudi-
nem impietatum eorum ex-
pelle eos , * quoniam irrita-
verunt te Domine.

Et latentur omnes , qui spe-
rant in te , * in æternum exul-
tabunt , & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes,
qui diligunt nomen tuum , *
quoniam tu benedices iusto.
Domine , vt scuto bonæ vo-
luntatis tuæ * coronasti nos.

Añã. Scuto bonæ voluntatis
tuæ cor nati eum Domine.

Añã. Hodie lætaberis mi-
litans Ecclesia , pacis corona-
beris , & honoris gloria.

Pfa'm.

Domine Dominus no-
ster , * quàm admira-
bile est nomen tuum in vni-
uersa terra !

Quoniam elevata est magni-
ficentia tua , super cælos.

Ex ore infantium , & lacten-
tium perfecisti laudem prop-
ter inimicas tuos , * vt des-
truas inimicum , & vltorem.

Quoniam videbo cælos tuos,
opera digitorum tuorum : *
Lunam , & stellas , quæ tu fun-
dasti.

Quid est homo , quod memor
es eius ? * aut filius hominis,
quoniam visitas eum ?

Minuisti eum paulo minus ab
Angelis , gloria , & honore co-
ronasti eum : * & constituisti
eum super opera manuum
tuarum.

Omnia subiecisti sub pedi-
bus eius , * oves , & boves vni-
uersas , insuper , & pecora
campi.

Volucres cæli , & pisces ma-
ris , * qui perambulant teni-
tas maris.

Domine Dominus noster , *
quàm admirabile est nomen
tuum in vniuersa terra !

Añã. Hodie lætaberis mili-
tans Ecclesia , pacis corona-
beris , & honoris gloria.

Añã. Usquequo exaltabitur

potestas tenebrarum, caput
lucis cingitur corona spina-
rum.

P. alm.

V Squequo Domine obli-
visceris me in finem :
* vsquequo avertis faciem
tuam à me ?

Quamdiu ponam consilia in
anima mea, * dolorem in cor-
de meo per diem ?

Vsquequo exaltabitur inimi-
cus meus super me ? * respi-
ce, & exaudi me Domine
Deus meus.

Illumina oculos meos, ne um-
quam obdormiam in morte:
* ne quando dicat inimicus
meus : Prævalui adversus eum.

Qui tribulant me, exulta-
bunt si mortuus fuero : * ego
autem in misericordia tua
speravi.

Exultabit cor meum in salu-
tari tuo : cantabo Domino,
qui bona tribuit mihi : * &
psallam nomini Domini alti-
ssimi.

Añã. Vsquequo exultabitur
potestas tenebrarum, caput
lucis cingitur corona spina-
rum.

¶ Gloria, & honore corona-
li eum Domine.

Re. Et constituisti eum super
opera manuum tuarum.

Sermo S. Anselmi Episcopi.

Cap. 12.

Lectio iiii.

Attende anima mea,
quis est iste, qui ingre-
ditur habens imaginem quasi
regis, nihilominus servi des-
pectissimi confusione reple-
tus, coronatus incendit : sed
ipsa eius corona cruciatus est
illi, & mille puncturis specio-
sum eius verticem divulne-
rat. Regali purpura indui-
tur, sed potius in ea despici-
tur, quam honoratur. Scep-
trum in manu gestat, sed eo
ipso caput eius reverendum
feritur. Adorant coram ipso
passus in terra genibus, & re-
gem conclamant, & conti-
neo ad contempnendum ama-
biles genas eius sublevent,
maxillas palmis concutunt,
& honorabile cellam exhono-
rant. Vide anima mea quo-
modo per omnia vir iste coar-
ctatur, & spernitur sub crucis
onere : dorium incurvate iu-
beatur,

betur, & suam ipsius portare ignominiam.

R. Felix spina, per cuius stimulum sanguis exivit, qui salvat populum. *Recolamus agnum anniculum.

Ÿ. O quam felices sunt istæ spinæ vernantes agni roseo sanguine. Recolamus agnum anniculum.

Lectio.

Cap. 13.

Conosce anima meacog nosce, hic est Dominus Iesus Christus salvator tuus unigenitus Dei filius, verus Deus, verus homo, qui solus sub sole sine macula inventus est. Et nunc Domine Iesu redemptor meus, te ut verum Deum adoro, in te credo, in te spero, & quibus possum desiderijs ad te suspiro. Adiuva imperfectionem meam: ad tuæ passionis gloriosa insignia, in quibus salutem meam operatus es, totum me inclino: tuæ victoriosæ crucis regale vexillum in nomine tuo Christe adoro: tuum siveum diadema, tuo rubentes sanguine clavos,

tuo sancto lateri impressam immensam lanceam, tuam vulnere, tuum sanguinem, tuam mortem, tuam sepulturam, tuam victoriosam resurrectionem, & glorificationem, Christe, supplex adoro, & glorifico: odor enim vitæ spirat in omnibus his: horum vivifico odore spiritum meum à peccati morte resuscita. Horum virtute abstutij Satanz me custodi, meque conforta, ut & iugum mandatorum suave mihi fiat, & onus crucis, quod post te baiulare me iubet, humeris animæ meæ leve sit, atque portabile.

R. Occidentem illustrat Oriens verum solem nobis abijciens: * Spem vincendi coronam largiens.

Ÿ. Victor Christus arma victoriæ suæ nobis transmissit hodie. Spem vincendi.

Lectio.

Cap. 17.

Quæ est enim fortitudo mea, ut iuxta præceptum tuum mundi pressuras, tam multiplices animo iuvic-

invictis sustineam? Nunquid pedes mei tamquam cervorum, ut te velociter currentem per spinas, & confragapassionum consequi valeam: sed audi quæso vocem meam, & inclina super me famulum tuum suavem illam crucem, qua lignum vitæ est his qui apprehenderint eam, ut & spiritu curram alacriter. Portabo in fatigabiliter eam, quæ ab inimicis est, crucem post te: illam inquam divinisissimam crucem humeris meis impone, cuius latitudo est charitas, super omnem creaturam se extendens; cuius longitudo æternitas; & cuius sublimitas omnipotentia; cuius profunditas inscrutabilis sapientia est. Confige illi manus meas, & pedes meos, & totam formam passionis tuæ, me famulum tuum indue. Ut autem & spinarum capitis tui aliqua in me similitudo appareat, detur obsecro menti meæ, & salubris penitentiæ compunctio, & alienæ miseriæ compassio, & stimulus zeli amu-

lantis, quod rectum est coram te, & ad te convertar in ærumna mea, dum triplex mihi configitur spina.

R. Egredientes filia Ierusalem, conspiciate coronam, quam rex gloriæ suæ sacravit capite.* Et convertit in gloriam, quod fuit ad ignominiam. Y. De torrente bibens miseriæ, exaltavit caput rex gloriæ. Et convertit. Gloria Patri. Et convertit.

In tertio Nocturno.

Antiphon. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, dum configitur spina.

Psalms.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, * & operatur iustitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo: * qui non egit dolentem in lingua sua:

Nec fecit proximo suo malum, * opprobrium non accepit adversis proximis suis.

Ad nihilum deductus est in-

conf-

conſpectu eius malignus : *
tinentes autem Dominum
glorificat :

Qui irat proximo ſuo , &
non decipit , * qui pecuniam
ſuam non dedit , ad uſuram ,
& munera ſuper innocentem
non accepit :

Qui facit hæc , * non move-
bitur in æternum .

Añã. Ad nihilum deductus
eſt in conſpectu eius malignus ,
dum configitur ſpina .

Añã. Qui ſpinarum aculeis
fuit cruentatus , pretioſo la-
pide à Patre coronatur .

Pſalm.

Domine in virtute tua
letabitur rex : * & ſu-
per ſalutare tuum exultabit
vehementer .

Deſiderium cordis eius tri-
buiſti ei : * & voluntate la-
bierum eius non fraudaſti eum .

Quoniam præveniſti eum in
benedictionibus dulcedinis :
* poliſti in capite eius co-
ronam de lapide pretioſo .

Vitam petiit à te : * & tribuiſti
ei longitudinem dierum in
ſæculum , & in ſæculum ſæ-
culi .

Magna eſt gloria eius in ſa-
luti tuo : * gloriam , & mag-
num decorem impones ſu-
per eum .

Quoniam dabis eum in be-
nedictione in ſæculum ſæcu-
li : * letificabis eum in gau-
dio cum vultu tuo .

Quoniam Rex ſperat in Do-
mino ; * & in miſericordia
Altiffimi non commovebitur .
Inveniatur manus tua omni-
bus inimicis tuis : * dextera
tua inueniat omnes qui te
oderunt .

Pones eos vt clibanum ignis
in tempore vultus tui : * Do-
minus in ira ſua conturbabit
eos , & devotabit eos ignis .
Fructum eorum de terra
perdes : * & ſemen eorum à
filijſ hominum .

Quoniam declinaverunt in
te mala ; * cogitaverunt con-
ſilia , quæ non potuerunt ſta-
bilitate .

Quoniam pones eos dorſum :
* in reliquijs tuis præparabis
vultum eorum .

Exaltare Domine in virtute
tua : * cantabimus , & plalle-
mus virtutes tuas .

Añã.

Alia. Qui spinarum aculeis fuit cruentatus, precioso lapide à Patre coronatur.

Antiph. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, pinguescent speciosa deserti.

Psalms.

TE decet hymus Deus in Sion: * & tibi reddetur votum in Ierusalem.

Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prævaluerunt super nos: * & impietatibus nostris tu propitiaveris.

Beatus, quem elegisti, & assumpsisti: * inhabitabit in atrijs tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ: * sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus salutaris noster, * spes omnium finium terræ, & in mari longè.

Preparans montes in virtute tua accinctus potentia: * qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius.

Turbabunt & Gentes, & timebunt qui habitant terminos à signis tuis: * exitus matutini, & vespere delectabis.

Visitasti terram, & inebriasti eam: * multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum: quoniam ita est præparatio eius.

Rivos eius sinebra, multiplicata genimina eius: * in stillicidijs eius lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: * & cæpi tui replebuntur vbertate.

Pinguescent speciosa deserti: * & exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ovium, & valles abundabunt frumento: * clamabunt, et eterna hymnum dicent.

Antiph. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, pinguescent speciosa deserti.

̄. Stola iucunditatis induit eum Dominus.

℞ Et coronam pulchritudinis posuit super caput eius.

Lectio S. Evangelij secundum Ioannem Cap. 19.

Lectio vij.

In illo tempore: Apprehendit Pilatus Iesum, & flagella-

vit, & milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius. Et reliqua.

Homil. S. August. Episc.

Tom. 9. tract. 126.

HOC Pilatus nō ob aliud fecisse credendus est, nisi vt eius iniurijs Iudei satiati sufficere sibi existimarent, & vsque ad eius mortem Iudæi seuire desisterent. Ad hoc pertinet, quod idem præles cohortem suam etiam permisit facere, quæ sequuntur, aut fortassis, & iussit, quamvis hoc Evangelista tacuerit: dixit enim quid deinde fecerint milites, Pilatum tamen id iussisse non dixit. Et milites, inquit, plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circumdederunt eum: & veniebant ad eum; & dicebant: Ave Rex Iudæorum, & dabant ei alapas. Sic implebatur, quæ de se prædixerat Christus. Sic martyres informabantur ad omnia, quæ persecutores libuisset facere, perferenda. Sic paulisper occultata tremenda potentia, cō-

mentibatur prius imitanda patientia. Sic regnum, quod de hoc mundo non erat, superbum in malam non atrocitate pugnandi, sed paciendi humilitate vincebat. Sic illud granum multiplican totum tenuiabat, horribili contumelia, vt mirabili pullularet in gloria.

℞. Corona spinea super caput eius: * Expressa signo sanctitatis, gloriæ, & honoris, & ope fortitudinis.

℥. Hæc coronatus sum in domo eorum, qui me diligebat. Expressa signo.

Leſtio viij.

EXijt iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoscatis, quia in eo nullam causam inuenio. Exijt ergo Iesus portans spineam coronam, & purpureum vestimentum, & dicit eis, ecce homo. Hic apparet, non ignorante Pilato, hæc à militibus facta, sive uulerit ea sive permisit, illa scilicet causa, quam supradiximus: vt hæc eius ludibria inimici libentissimè biberent,

Corona Domini.

ulterius sanguinem non sitirent. Egreditur ad eos Iesus portans spineam coronam, & purpuream vestimentum, non clarus imperio, sed plenus opprobrio; & dicitur eis: Ecce homo. Si Regi invidetis, iam parcite, quia deiectum videtis: flagellatus est, spinis coronatus est, ludibrio sa veste amictus est, amarum convitijs illusus est, a lapis cesus est: fervet ignominia, frigescat invidia: sed non frigescit, inardescit potius, & increfcit: Cum ergo vidisset eum Pontifices, & Ministri clamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum. Ecce altera maior invidia. Parva quippe illa videbatur velut affectatae illicito ausu Regie potestatis: & tamen neutrum sibi Iesus mendaciter usurpavit, sed utrumque verum est: & unigenitus Dei filius est, & rex ab eo constitutus super Sion montem factum eius. Et utrumque nunc demonstraret, nisi quanto erat potentior, tanto mallet esse patientior. R. Dum rosæ flos exaruit, in

rosa spina floruit: * Qua coronari voluit, qui in rubro apparuit. V. Ex spina caput, cingitur, quæ per cruoris exitum ad cælum fecit aditum. Qua coronari. Gloria. Qua coronari.

Nona Lectio, de Homil. in Evangel. Dominicae occurrentis. Te Deum.

[*Ad Laudes, & per horas. Añã. Adest nova solemnitates laudes Deo debitas fidelium devotio.*

Psalm. Dominus. cum reliquis de laudibus.

Añã. Christe caput Ecclesie, qui transfers ad nos hodie tui coronam capitis, exaudi tuos famulos.

Añã. Iudæi viri sanguinum spinis coronant Dominum, qui est agnus inter vepres, & hircus emissarius, ferens peccata populis.

Añã. Spinea corona pro nobis coronatum Dominum benedicamus, & super exaltemus eum in sæcula.

Añã. In coronæ memoria novæ laudis præconia exultantes attollamus.

*Capitulum.**Cant. ij.*

E Gredimini, & videte filia Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua.

Hymnus.

D Bus tuorum militum
Sors, & corona prae-
mium,

Tuae coronae meritum
Confert medelam omnium.

Tua corona spinea.
Tuos coronet aurea,
Tua nobis humilitas
Poenas repellat debitas.

Tuae coronae mysticae
Suscepto patrocinio,
Iubilis vocis melicae
Concurrat mentis gaudio.

Nostra conservat regio
Tibi thesaurum inclytum,
Imminente iudicio,
Relumes hoc depositum.

Qui tanto diademate
Nos honorat in stadio,
Cum vtriusque pneumate.
Sic laus Patri cum Filio.
Amen.

ψ. Eris corona gloriae in manu Domini. R. Et diadema regni in manu Dei tui.

Ad Benedictus Antiopona.]
Tu Christe nostrum gaudium
salus, corona, & praemium,
adesto recolentibus passionis
tuae insignia, vt cum iudex
adveneris coronam iustitiae
mereamus accipere.

Ad tertiam Capitulum.

E Gredimini, & videte
&c.

R. Gloria, & honore * coronasti eum Domine. Gloria.
ψ. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.
Coronasti. Gloria Patri.
Gloria, & honore.

ψ. Posuisti Domine super caput eius. R. Coronam de lapide pretioso.

Ad sextam, cap. vij. Apocalip.

V Idi, & ecce equus albus
& qui sedebat super illum, habebat arcum: & data est ei corona, & exivit vincens, vt vinceret.

R. Posuisti Domine * super caput eius. Posuisti.
ψ. Coronam de lapide pretioso. Super caput.

ψ. Gloria Patri. Posuisti.

ψ. Eris

Corona Domini.

¶. Eris corona gloriæ in manu Dei tui.

℞. Et diadema Regni in manu Dei tui.

Ad Nonam. Cap. 18. Isaie.

IN die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis reliquo populi sui.

℞. Eris corona gloriæ * in manu Domini. Eris corona.

¶. Et diadema Regni in manu Dei tui.

In manu. Gloria Patri.

Eris corona.

¶. Stulam iucunditatis induit cum Dominus.

℞. Et coronam pulchritudinis posuisti super caput eius.

In secundis Vesp.

Añã. Adest nova solemnitas, det laudes Deo debitas fidelium devotio.

Psalm.

Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis tuæ emitte Dominus ex Siõ: * dominare

in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: * exivero ante luciferum genui te.

Iuravit Dominus, & non penitebit eum: * Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus à dextris tuis, * cõfregit in die iræ suæ reges:

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: * propterea exaltabit caput.

Añã. Adest nova solemnitas, det laudes Deo debitas fidelium devotio.

Añã. Christe Caput Ecclesie, qui transfers ad nos hodie tui coronam capitis; exaudi tuos famulos.

Psalm.

Credidi propter quod cecutus sum: * ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino: * pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: *
& nomen domini invocabo.
Vota mea Domino reddam
coram omni populi eius: *
pretiosa in conspectu Domini
mors sanctorum eius.

O Domine, quia ego servus
tuus: * ego servus tuus, &
filius ancillae tuae.

Diripuisti vincula mea: * ti-
bi sacrificabo hostiam laudis,
& nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam
in conspectu omnis populi
eius: * in atrijs domus Do-
mini, in medio tui Ierusalem.

Añã. Christe caput Ecclesiae,
qui trans ad nos hodie tui
coronam capitis, exaudi tuos
famulos.

Añã. Iudaei viri sanguinum
spinis coronant Dominum,
qui est agnus inter vepres, &
hircus emissarius, ferens pec-
cata populi.

Psalm.

Domine, non est exalta-
tum cor meum: * ne-
que elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis:
* neque in mirabilibus super
me.

Si non humiliter sentiebam: *
sed exaltavi animam meam.
Sicut ablactatus est super ma-
tre sua, * ita retributio in
anima mea.

Speret Israel in Domino, * ex
hoc nunc, & usque in saeculum.

Añã. Iudaei viri Sanguinum
Spinis Coronat Dominum,
qui est agnus inter vepres, &
hircus emissarius, ferens pec-
cata populi.

Añã. Spinea corona pro no-
bis coronatum Dominum be-
nedicamus, & super exalte-
mus eum in saecula.

Psalm.

ERipe me Domine ab ho-
mine malo: * a viro ini-
quo eripe me.

Qui cogitaverunt iniquitates
in corde: * tota die consti-
tuebant praemia.

Acuerunt linguas suas sicut
serpentibus: * venenum aspi-
dum sub labijs eorum.

Custodi me Domine de ma-
nu peccatoris: & ab homini-
bus iniquis eripe me.

Qui cogitaverunt supplantare
gressus meos: * abiconde-
runt

sunt superbi laqueum mihi.
Et funes extenderunt in laqueum: * iuxta iter scandalum possuerunt mihi.

Dixit Domino: Deus meus es tu: * exaudi Domine vocem deprecationis meæ.

Domine, Domine virtus salutis meæ * obumbrasti super caput meum in die belli.
Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori: * cogitaverunt contra me: ne derelinquas me, ne forte exultentur.

Caput circuitus eorum: * labor labiorum ipsorum operiet eos.

Cadent super eos carbones, in ignem deiciet eos: * in miserijs non subsistent.

Vir linguosus non dirigetur in terra: * virum iniustum mala capient in interitu.

Cognovi quia faciet Dominus iudicium inopis: * & vindictam pauperum.

Verum tamen iusti confitebuntur nomini tuo: * & habitabunt recti cum vultu tuo.

Añã. Spinea coronã pro no-

bis coronatum, Dominum benedicamus, & super exultemus eum in sæcula.

Añã. In coronæ memoria novæ laudis præconia exultantes attollamus.

Psalm.

Voce mea ad Dominum clamavi: * voce mea ad Dominum deprecatus sum.

Effundo in conspectu eius orationem meam, * & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.

In deficiendo ex me spiritum meum, * & tu cognovisti somitas meas.

In via hac qua ambulabam, * absconderunt laqueum mihi.

Cônsiderabam ad dexteram, & videbam: * & non erat qui cognosceret me.

Perijt fuga à me, * & non est qui requirat animam meam.

Clamavi ad te Domine, * dixi: Tu es spes mea, portio mea in terra viventium.

Intende ad deprecationem meam: * quia humiliatus sum nimis.

Libera

Libera me à persequenti-
bus me: * quia confortati sunt
super me.

Educ de custodia animam
meam adconfitendum no-
mini tuo: * me expectant
iusti, donec retribuas mihi.
Añã. In coronę memoria no-
vę laudis præconia exultan-
tes attollamus.

Capitulum, & Hymni, &
Vers. ut in primis Vesperis.
Ad Magnificat, Antiphona.
Rex Christe clementissime,
Salvator mundi, qui pro no-
bis corona spinea coronari
voluisti, da tuę familię pal-
mam certaminis, & coro-
nam victorię, Alleluia.

Oratio. Præsta quæsumus, ut
supra, & sit commemor. Do-
minicę occurrentis.

Die 30. Iulij.

Sexta die infra Oct. S. Iaco-
bi. Vesp. de S. Ignatio de Loyo-
la Conf. com. Oct. S. Iacobi. In
Guipuzcoa. Vesp. S. Ignatij fi-
ne com. Oct.

Die 31. Iulij.

Septima die infra Oct. S. Ia-

cobi. festum S. Ignatij Confess.
dup. Lect. 1. Noct. de scriptura
2. Noct. ut in Breviar. In 3.
Noct. hamil. designavit Dñs.
de communi Evangelistarum
in Laudib. fit. com. Oct. S. Iaco-
bi. In 2. vesp. à cap. fit. de die
oct. S. Iacobi. ut in vesp. festi.
com. S. Ignatij, & SS. Macha-
beorum mart. In Guipuzcoa in
festo S. Ignatij Conf. Patroni
totius Provincię dup. 1. clas.
cum oct. in 1. Noct. Lect. de
communi Beatus vir. in Laud.
non fit. com. oct. S. Iacobi. In 2
vesp. com. diei Oct. S. Iacobi de
festis 9. lect. occurrentib. infra
Oct. fit. Officium cum com.
oct.

Die 7. Augusti.

Oct. S. Ignatij dup. Lect. 1.
Noct. de script. reliqua ut in
die, vel ut in Octavario Ro-
mane, 9. lect. & com. S. Donati
Ep. & m. In 2. vesp. com. SS.
Ciriaci, & c. mart. Festum S.
Caietani Conf. transfertur in
1. diem non impeditum festo
9. lect.

XXVIII. AVGVSTI.

In festo S. Augustini Episcop.
Conf.

Confes. & Doct. dup. 1. clas. cum Oct. in Cathedrali tantum. In alijs Eccles. dup. minus. In Cathedrali in 2. Vesp. com. S. Ioan. tantum nisi Dom. Concurrat.

Die 29. Augusti.

Secunda die infra Oct. S. Augustini, fit de festo Decollationis S. Ioannis Baptiste dup. com. S. Sabinae mart. & in Cathedrali, etiam de Oct. quotidie. In 2. vesp. à cap. de S. Rosa com. Decollationis, & SS. Felicis, & Adauti mart.

Die 30. Augusti.

Tertia die infra Oct. fit de S. Rosa de S. Maria virg. dup. ut in Hispan. 9. lect. & com. SS. Felicis & Adauti. In 2. vesp. à cap. fit de S. Raymundo Nonnat. Confess. cum com. S. Rosæ.

Die 31. Augusti.

Quarta die infra Oct. in festo S. Raymundi Conf. dup. ut in Breviar. In 2. vesp. com. Egidij Abbat. & SS. 12. Fratrum.

SEPTEMBER.

Die 1. Septembris.

Quinta die infra Oct. fit com. mem. S. Egidij. &c.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

DOcebat, ac prædicabat ille privatim, & publicè in domo, & in Ecclesia salutis verbum cum omni fiducia adversus Africanas hereses, maximeque contra Donatistas, Manichæos, & Pelagianos, libris confectis, ac repetitis sermonibus ineffabiliter admirantibus Christianis, & colletantibus, & hoc ipsum ubi poterant non tacentibus, sed diffamantibus: sicque adiuvante domino levare in Africa Ecclesia Catholica exorta est caput, quæ multo tempore illis cœvalescentibus hæreticis, præcipuèque rebaptizante Donati parte maiorem multitudinem Afrorum, seducta, & oppressa iacebat. Per idem tempus coram Episcopo hoc illi iuvenibus (qui plebaniū totius Africae cœcilium Hipponeæ agebant, de fide, & sym.

lymbolo presbyter adhuc
Augustinus disputavit.
Et. In veni.

Lectio v.

ILle vero beatus senex Va-
lerius ceteris amplius ex
hoc exultans, & Deo gratias
agens de concessio sibi spe-
ciali beneficio, metuere ce-
pit, ut est humanus animus,
ne ab alia Ecclesia Sacerdos
probatas ad Episcopatum
quereretur, & sibi auferre-
tur. Nam & id provenisset,
nisi & hoc idem Episcopus
cognito ad locum secretum
eum transire curasset, occul-
tatumque à querentibus mi-
nimè inveniri fecisset. Vnde
amplius formidans idem ve-
nerabilis senex, & sciens se
corpore, & ætate infirmissi-
mum, egit secretis litteris
apud Primate[m] Episcopum
sedis Carthagenensis, alle-
gans imbecillitatem corporis
sui, ætatisque gravitatem, &
obsecrans, ut Hipponensis
Ecclesie ordinaretur Episco-
pus, qui suæ cathedræ non
iam succederet, sed consa-

cerdos accederet Augusti-
nis. Quæ igitur beatus Vale-
rius optavit, & rogavit lata-
gens rescripto impetravit.
Et. Posui.

Lectio vj.

DVm itaque id fieri sole-
re ab omnibus suade-
retur, atque id ignaro trans-
marinis, & Africanis Eccle-
siae exemplis probaretur,
compulsus atque coactus,
succubuit, & Episcopatus cu-
ram, & maioris loci ordina-
tionem suscepit. Episcopatu
igitur suscepto, multo instan-
tius atque ferventius, maio-
re auctoritate non adhuc in
vna tantum regione, sed vbi-
cumque rogatus venisset,
verbum salutis æternæ, ala-
criter, ac suaviter, pullulan-
te, atque crescente Domini
Ecclesia, prædicaret, para-
tus semper poscentibus red-
dere rationem de fide, &
spe, quæ in Deum est: & eius
dicta atque excerpta maxi-
mè Donatistæ in eadem Hip-
ponensi, vel vicina manen-
tes civitate ad suos Episco-
pos

copos deferebant. Quæ cum audisset, & è cõtra forte aliquid diceret, aut à suis resellatur, aut eadem res ad Sanctum Augustinum deferretur: eaque comperta patienter ac leviter, vt scriptum est, cum timore, & tremore salutem omnium operabatur.

R. Iste est.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evang. secundum Mattheum.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Et reliqua.

De Homil. S. Augustini Episcop.

Lib. 1. de Serm. Domini in monte, cap. 12. & 13. Lectio vij.

Non ergo tantum dixit: Vt videant bona opera vestra, sed addidit, & glo-

rificent patrem vestrum, qui in caelis est: vt hoc ipsum quod homo per bona opera placeat hominibus, & Deo, non ibi finem constituat, vt hominibus placeat, sed referat hoc ad laudem Dei; & propterea placeat hominibus, vt in illo glorificetur Deus hoc enim laudantibus expedit, vt non hominem, sed Deum honorent, sicut in ipso homine, quem portabant, Dominus ostendit: vbi admiratae sunt turbæ (paralytico sanato) virtutes eius, sicut in Evangelio scriptum est, timuerunt, & glorificaverunt Deum, qui dedit potestatem hominibus. Cuius imitator Apostolicus Paulus dicit: Tantum autem audientes erant, quoniam qui aliquando nos persequebatur nunc evangelizat fidem, quam aliquando habebat, & in me glorificabant Deum. R. Amavit.

Lectio viij.

Postea quam ergo cohortatus est audientes, vt
G sc

se prepararent ad omnia sustinenda pro veritate, atque iustitia, & non absconderent bonum quod accepturierant, sed ea benevolentia discerent, ut ceteros docerent, non ad laudem suam, sed ad gloriam Dei bona opera sua referentes; incipit eos iam informare, & docere quid doceant, tamquam si quærerent, dicentes: Ecce volumus omnia sustinere pro tuo nomine, & doctrinam tuam non abscondere: Sed quid est hoc ipsum, quod veras abscondi, & pro eo iubes omnia tolerari? nunquid aliud dicturus es contra ea, quæ in lege scripta sunt? non inquit.

R. In medio Eccles.

Lectio Nona de S. Aegidio Abbate. In 2. vesp. cap. S. Stephani.

Die ij. Septembris.

Die sexta infra Octavam s. Stephani Conf. sem. cum o. n. Octavæ.

In Festo

Die iij. September.

Septima die infra Octavam.

In secundo Nocturno.

Lectio xv.

PAUPERUM semper memor erat, eisque inde erogabat, unde & sibi, suisque omnibus secum habitantibus erogabant, hoc est, ex redditibus possessionum Ecclesie, vel etiam ex oblationibus fidelium. Et dum forte, ut a soler de possessionibus ipsis, invidia clericis fieret, alloquebatur plebem Dei malle se ex collationibus plebis Dei vivere, quam illarum possessionum curam, vel gubernationem pati; & paratum esse se illis cedere, ut eo modo omnes Dei servi, & ministri viverent, quo in veteri testamento leguntur, altari deservientes, de eodem participari. Domum vero, vel agrum, seu villam nunquam emere voluit. Verum si forte Ecclesie à quoquam sponte tale aliquid, vel donaretur, vel titulo legati dimitteretur, non respuebat, sed suscipi iubebat. Nam, & aliquas

quas hæreditates recusavit, non quia pauperibus inutiles esse possent, sed quoniam iustum, & æquum esse videbat, ut à mortuorum, vel affinis magis possiderentur, quibus ab eis deficientes dimittere noluerunt.

R. Inveni.

Lectio v.

IN his quoque quæ Ecclesia habebat, & possidebat, intentus amore, vel implicatus cupiditate non erat, sed maioribus magis, & spiritualibus suspensus, & inhærens rebus, vix se ipsum ad ista temporalia ab æternorum cogitatione relaxabat, & deponebat. Quibus citissime illis dispositis, ordinatis, tamquam à rebus mordacibus, & molestis animi, recursum ad interiora mentis, & superiora faciebat, quo vel de inveniendis divinis rebus cogitaret, vel iam inventis aliquid dictaret, aut certe ex iam dictatis, atque transcriptis aliquid emmendaret, & id agebat in die laborans, & in nocte lucubrans. Et erat

51
tamquam illa religiosissima Maria typum gestans supernæ Ecclesiæ, de qua scriptum est, quod sederet ad pedes Domini, atque intenta verbum eius audiret. De qua soror conquesta, quod ab eadem circa multum ministerium occupata non adiuberetur, audivit: Martha, Martha sollicita es: elegit optimam partem Maria, quæ non auferetur ab ea.

R. Posui.

Lectio vi.

IN terea dum Ecclesiæ pecunia deficeret, hoc ipsum populo Christiano denunciabat, non se habere quod egentibus erogaret. Nam & de vasis dominicis propter captivos, & quam plurimos indigentes, frangi, & conflari iubebat, & indigentibus dispensari. Hoc ipsum etiam venerabilis memorix Ambrosius in talibus necessitatibus indubitanter esse faciendum, & dixit, & scripsit. Sed & inde de neglecto à fidelibus gazophilatio,

& secretario, unde alteri necessaria inferuntur, aliquando in Ecclesia loquens admonebat. Quod etiam Beatorissimum Ambrosium se presente in Ecclesia tractavisse retulerat. Cum ipso semper Clerici una etiam domo, ac mensa, sumptibusque communibus alebantur. Docebat ibidem dum quisque offerret munus suum ad altare, & illic recordatus fuisset, quod frater suus haberet aliquid adversus illum, relinquendum esse munus ante altare, atque eundem fratrem esse reconciliandum: & tunc veniendum, & munus ad altare offerendum.

R. Iste est.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur

ab hominibus. Et reliqua:

De Homilia S. Augustini
Episcop.

Lectio vij.

Cap. 17.

DIco enim vobis, quia nisi abundaverit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Phariseorum, non intrabitis in Regnum Cœlorum: id est, nisi non solum illa minima legis præcepta impleveritis, quæ inchoant hominem, sed etiam ista quæ à me adduntur, qui non veni solvere legem, sed ad implere, non intrabitis in Regnum Cœlorum. Sed dicitis mihi, si de illis mandatis minimis, cum superius loqueretur, dixit minimum vocari in Regno Cœlorum, quilibet unum eorum solverit, & secundum suam solutionem docuerit; magnum autem vocari quilibet ea fecerit, & sic docuerit, & ex eo iam in Regno Cœlorum futurum esse, quia magnus est: quid opus est addi, præceptis legis minimis, si iam in Regno Cœlorum potest esse, quia magnus est

est quisquis ea fecerit, & sic docuerit.

R. Amavit.

Lectio viij.

Qua propter sic est, accipienda illa sententiam. Qui autem fecerit, & docuerit sic, magnus vocabitur in Regno Cœlorum: id est non secundum illa minima, sed secundum ea, quæ ego dicturus sum: quæ sunt autem ista: Vt abundet iustitia, inquit, vestra super Scribarum, & Phariseorum: quia nisi abundaverit iustitia, non intrabitis in Regnum Cœlorum. Ergo qui solverit illa minima, & sic docuerit, minimus vocabitur: qui autem fecerit illa minima, & sic docuerit, non iam magnus habendus est, & idoneus Regno Cœlorum: Sed tamen non tam minimus, quam ille qui solvit. Vt autem sit magnus, atque illi regno aptus, facere debet, & docere, sicut Christus nunc docet, id est, ut abundet iustitia eius super Scribarum, & Phariseorum.

R. In medio Ecclesiæ.

Lectio ix.

Cap. 8.

Iustitia Phariseorum est, ut non occidant: iustitia eorum qui intraturi sunt in Regnum Cœlorum, ut non irascantur sine causa. Minimum est ergo non occidere, & qui illud solverit, minimus vocabitur in Regno Cœlorum; qui autem illud impleverit, ut non occidat non continuo magnuserit, & idoneus Regno Cœlorum, sed tamen ascendit aliquo gradum, perficietur autem sine irascatur sine causa. Quod si perfecerit, multo remotior erit ab homicidio. Qua propter qui docet ut non irascamur, non solvit legem ne occidamus, sed implet potius, ut & foris dum non occidimus, & in corde dum non irascimur innocentiam custodiamus.

In 2. vesp. et in 1. vesp. festi.

Die 4. September.

In die Octava S. Augustini Episc. dup.

Omnia dicuntur sicut in die festi,

54
festi: Præter Lect. 1. No. 7.
quæ erunt de scriptura.

In Festo

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

ANno Domini quadringentesimo, quadragessimo, cum Vandali totam Africæ Provinciam occupassent: vastantes omnia, nec parcentes sexui, ordini, vel ætati: post autem ad Hipponensem Civitatem pervenientes, ipsam manu valida obsidissent; sub hac tribulatione Augustinus præ cæteris suæ senectutis, amarissimam, & lugubrem duxit vitam: Fueruntque sibi lacrymæ eius panes die ac nocte, cum alios videret occisos alios effugatos; Ecclesias Sacerdotibus viduatas, civitates cum accolis dissipatas. His tribus tribulationibus attritus, tertio obsidionis mense febribus laborans lecto decumbit.

℞. In veni.

Lectio v.

INtelligens autem dissolutionem sui corporis im-

minere, septem Psalmos Penitentiales sibi scribi fecit, ipsosque in loco cõtra parietem positos lecto decubans legebat, & vbertim ac iugiter lacrymas fundebat: & ut Deo vocaret liberius, & eius intentio à nullo impediri posset, ante decem dies sui exitus, nullum ad se ingredi præcepit: nisi vel cum medicus ingrederetur, vel cum sibi refectio portaretur. Quidam autem æger ad eum venit, asserens sibi in visione præceptum esse, ut ad eum accederet, & sanitatem reciperet: Videns autem fidem eius, pro ipso oravit, & sanitatem recepit.

℞. Posui.

Lectio vij.

Denique dissolutio sui corporis appropinquas hoc memoria docuit, nullum videlicet hominẽ, quantumcumque excellentis meriti sine confessione, & Eucharistia debere transire. Ad extremam autem horam veniens, membris omnibus sui

cor-

corporis in columis, integro aspectu, atque auditu, anno ætatis suæ septuagesimo septimo, Episcopatus vero quadragesimo septimo, coram positis fratribus, & orantibus, migravit ad Dominum. Verbum Dei usque ad ipsam suam ægritudinem sine intermissione aliqua prædicavit. Testamentum autem nullum fecit, quia unde faceret, pauper Christi non habuit.

R. Iste est.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelij secundum Matthæum.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Et reliqua.

De Homil. S. Gregor. Pap.

Lectio vij.

Considerandum nobis est fratres Charissimi, ut qui vna eademque exhorta-

tionis voce non sufficit simul cunctos admonere, studeat singulos, in quantum valet, instruere, privatis locutionibus edificare: debemus namque pensare, quod à Domino dicitur Sanctis Apostolis, & per Apostolos nobis: Vos estis sal terræ: Si igitur sal sumus, condire mentes fidelium debemus. Vos igitur qui pastores estis, pensate quia animalia Dei pascitis: de quibus profecto animalibus à Deo per Psalmistam dicitur: Animalia tua habitabunt in ea.

R. Amavit.

Lectio viij.

ET sæpe videmus, quod petra salis brutis animalibus anteponitur, ut ex eadem salis petra lambere debeant, & meliorari. Quasi ergo inter bruta animalia petra salis debet esse Sacerdos in populis. Curare namque Sacerdotem necesse est, quæ singulis dicat, vnumquemque qualiter moneat: ut quisquis Sacerdoti iungitur,

tur, quasi è salis tactu, æternæ vitæ sapore conditur. Sal enim non sumit, si cœca audientium nō conlinas: quod condimentum ille proximo veraciter impedit, qui prædicationis verbum non subtrahit, sed tunc alijs verè recta prædicamus, si dicta rebus, & exemplis ostendimus. R. In medio Ecclesiæ.

Leſtio ix.

NVllum, puto, fratres Charissimi, ab alijs maius præiudicium, quam à Sacerdotibus, tolerat Deus: quando eos quos ad aliorum correctionem possuit, dare de se exempla pravitatis cernit, quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus. Nulla animarum lucra quærimus; ad nostra quotidie studia vacamus, terrena concupiscimus, humanam gloriam intenta mente captamus. Et quia eo ipso quo cæteris prælati sumus, ad agenda quælibet maiorem licentiam habemus: susceptæ benedictionibus mys-

terium vertimus ad ambitionis argumentum. Dei causam relinquimus, ad terrena negotia vacamus: locum sanctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur.

Die 21. Octobris.

In Ecclesia Matrici Pompil: fit de S. Ursula, & socijs eius Virg. & Mart. officium dup. Omnia de comun. Virg. & Mart. Orat. Da nobis quæsumus Domine.

Cum commemoratione, & nona Leſtione S. Hilarionis Abbatiss.

Die 22. Octobris.

*In Feste SS. Nubilonis, & Alodie Virg. & Mart. dup. In utriusque Vesper. ad Magnificat. Antiph. Prudentes virgines
ÿ. Adducentur. Vt in comun. Virgin.*

ORATIO.

A Diuvent nos, quæsumus Domine, merita, intercessionisque Sanctarum Virginum, & Martyrum tuarum

SS. Nunilonis, & Alodia.

rum Nunilonis, & Alodia, ut qui earum solemnitatem votivo colimus honore, ipsarum suffragijs ab omnibus malis erui mereamur. Per Dominum.

In primo noct. lect. de scriptura occurrenti.

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

Nunilo, & Alodia sorores non longe ab Vrbe Osca nobilimus parentibus, sed patre Gentili, matre vero Christiana ortæ, à primis annis fidei præceptis à matre institutæ, in diēs moribus, & Christiana doctrina profecerunt. Hanc itaque vitæ rationem, matre mortua, cū vigilantissimè exequerentur, impium per totam ferè Hispaniam Abderramis Cordubensium regis promulgatur edictum, ut quicumque utroque vel altero parente Ethnico genitus esset, nisi Christum abnegaret, capite plecteretur. Cumque hoc sacrilegum dictum per omnes ferè provincias in Regno præsertim Aragonum observare-

tur, quidam sanctarum virginum cognatus, quod illis, ut Christi fidem abnegarent, persuadere non potuisset, eas desert ad iudicem, contra edictum regis, patre ortas gentili fidem profiteri Christianam.

Et. Propter.

Lectio. v.

QVasille statim iubet sibi præsentari. Ac virgines nec precibus, nec minis vlllo modo flecti potuerunt. ut à Sancto proposito recederent. Quare ira accessus iudex, iubet eas domi ipsarum, ut vel sic terrentur, arctissimis vinculis alligari: at illæ maiori tunc animo sese invicem hortabantur ad agonem, laborumque tolerantiam. Quo cognito scelestus ille Sanctorum virginum cognatus, ad regem Ismael, qui tunc Oscæ præerat, se contulit, cæpitque eas instantè accusare. Quas ille ad se perductas, postquam nulla ratione potuit à fide deflectere, iubet in carcere varijs tormentis affligi, &

H

post

post quadraginta dies, si in proposito perseveraverint, capite plecti. Vbi cum licitor maiori dixisset, Nani lo cervicem extende: tunc illa cri- nibus caput circum ligans, feri, inquit, velociter, cui cum paululum crura nudarentur, soror occurrens illa coope- ruit, vbi, & ipsa statim decol- lata est xii. Kal. Novembris. &c. Dilexisti.

Lectio vj.

E Arum corpora in loco, qui dicitur Eurcas, ut à bestiis devorarentur, posita, Dei beneficio intacta ab eis extitorunt: quæ Christiani à rege obrenta sepelierunt. Cum autem in loco vbi sepul- chra fuerant, è caelo splen- dida lumina cernerentur, ita ut rex etiam ipse miraretur, corpora inde exhumari, & in altum vrbs puteum, su- periecto magnolapidum, & terræ aggere, ne quando à Christianis invenirentur, ac colerentur, rex proijci iubet. At Dominus, qui discipulis suis, dixit, capellus de capi-

te vestro nõ peribit, Oneca Regina Navarræ inspiravit religiose sollicitèque ea inue- stigare, quæ tandem inventa in celeberrimum Sancti Sal- vatoris Legerensis Coenobiũ honorifice transtulit decimo quarto Kalendas Maij, vbi po- pulorum frequentia venerã- tur.

In tertio Noctur. Homil. in Evang. Accesserunt ad Iesum ut in Comuni Virg.

Dom. 1. Novembris, Fit de Fefte Patrocini P. M. V. in Hisp. quando autem fes- tum Omnium SS. venerit in Dom. Officium Patrocini transferretur in Dom. 3. No- vembris de qua homil. & com.

Die 29. Novembris.

In festo S. Saturnini Episc. & Mart: & Patroni Civitatis Pompel. in civit. dup. 1. clas- cum Oct. extra eam dup. 2. clas. sine Oct. in civitate pri- die ieiunatur, & non in die.

Omnia de communi unius Mart. Orat. Infirmi tatem lect. 1. Noct. Amileto.

In

S. Saturnini.

In secundo Nocturno.

• Lectio iv.

Saturninus Episcopus à Beato Petro Apostolorum Principe ordinatus, ad prædicandum Christi Evangelium in Galliam missus est. Qui cum Tolosam miserabili gentilium errore detentam videret, eam divino fretus auxilio ad verum Dei cultum perducere cepit, ibique parvulam Ecclesiam, ubi divina perageret officia, construxit. Propagandi autem verbi Dei amore incensus, Honestum Presbyterum in Hispaniam misit. Qui à Pompelonensibus benigne receptus, ab eo precibus impetravit, ut istuc Saturninum Tolosanum Episcopum accersiret. Quo cum ille accersitus libenter venisset, beati Saturnini adhortationibus brevi ad quadraginta hominum milia ex urbe, & circumvicinis oppidis fidem susceperunt. In quibus fuere tres nobiles Senatores Faustus, Fortunatus, & Firmus, cuius filius Firmianus postea Episcopus Pom-

pelonensis creatus est.

Et. Honestum.

Lectio v.

Cognita deinde Pompelonensium pietate & in religione profectu, relicto ibi Honesto Evangelicæ prædicationis gratia, Saturninus Tolosam rediit. Qui cum ad templum, quod iuxta Capitolium ædificaverat, frequenter accederet, fallax demonum turba sancti viri præsentiam sustinere non poterat: & ut erant multa simulacra, ad solita consulentium vota responsa dare renuebant. Qua rei novitate idolorum sacerdotes commoti, inter se conquisierunt, unde illa inusitata taciturnitas suis numinibus obuenisset. Ut vero cognoverunt crebro Saturnini ad Ecclesiam transitu garula numina muta fieri, eiusque prædicatione populi magnam partem Christo Iesu tanquam vero Deo cultum, & reverentiam adhibuisse, beatum Episcopum interficere decreverunt. *Et. Desiderium.*

H 3

Lectio.

Lectio vj.

PORRO cum illi tauro ad victimam parato certi aliquid de his, quæ dicebantur, studiosius vellent agnoscere, & Deos suos litatione tam ingentis hostiæ propitios sibi reddere vellent. En Saturninum ipsum ad Ecclesiam venientem comprehendunt, eique vel dijs sacrificare, vel mortem subire proponunt. Qui cum se vnū, & verum Deum colere, & ei hostias laudis immolare profiteretur, deos autem gentium, dæmones, & inania simulacra esse palmam diceret, ad hanc vocem omnis illa sacrilega multitudo commota est, & tauro ad victimam præparato Saturninum tamquam deorum hostem alligant, atque actum stimulis acerbis eundem taurum cum ipso de superiori Capitolij parte præcipitant. Qui in primis gradibus capite colliso, cerebroque excusso, ac corpore omnium membrorum parte lacerato, dignam Deo animam reddidit

tertio Kalendas Decembris, in persecutione Nerōnis. Eius corpus duæ tantum mulieres sexus infirmitatem fidei virtute superantes, ligneo feretro imissum in abdito, profundoque loco condiderunt. R. Stola.

In tertio Nocturno. Evangel.
Si quis venit ad me; de communi vnus Mart.

In Civitate nihil de Vigilia S. Andreae, nec S. Saturnini Mart. in adventu fit commemor. ferie.

Extra Civit. 9. lect. & com. vigil. & S. Saturn. Mart. & in Adventu non fit com. vig. in laud.

In Civitat. Vesp. S. Saturnini, & com. S. Andreæ Apost. & ferie in Adventu.

Extra Civit. Vesp. S. Andreae ut in breviario, com. S. Saturnini Episc. & Mart. & ferie in Advent.

Quando festum S. Saturnini venerit in Dominica 1. Adventus transfertur post festum S. Andreae.

Die 30. Novembris.

Festum S. Andree Apost. dup. ut in breviar. & in laud. non fit com. oct. fit uero feria in Advent. Vesp. S. Andree, com. oct. si die sequenti fiat officium de ea.

sunt; legendo recolimus dieque isto gaudere nobis concessum est, non timere. Neque enim formidamus terribiliter venientem, sed expectamus hilariter redeuntem. R. Honestum.

DIE I. DECEMBRIS.

Tertia die infra oct. S. Saturnini.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Augustini Episcop. De S. Cypriano 12.

Lectio 10.

Sermonem exigit tam grata, & religiosa solemnitas, qua passionem beati Martyris Saturnini celebramus. Tristis proculdubio tunc Ecclesia fuit, non damno cadentis, sed desiderio recedentis semper cupiens videre presentem tam bonum rectorem, atque doctorem. Sed quos afflixerat sollicitudo certaminis, consolata est corona victoris. Et nunc non solum sine vlla tristitia, verum etiam cum ingenti letitia cuncta, quae tunc gesta

Lectio 11.

Vicina corporis morte non moriebatur in animo pastoris vigilantia pastoralis, & cura tuendi Domini gregis, vltque ad extremum vitae huius diem mente sobria tenebatur: nec excutiebat animo diligentiam fidelissimi dispensatoris manus tam proxima cruenti carnificis: ita se martyrem cogitabat futurum, vt esse non oblivisceretur Episcopus, magis curans, quam rationem Pastorum Principi de commissis sibi ovibus redderet, quam quid infideli de fide propria responderet; amabat quippe eum, qui Petro dixerat, 'amas me? Pasce oves meas: & pascebat oves eius, pro quibus sanguinem fundere illum iurans properabat.

bat:

℞. Desiderium.

sorores, adhuc autem, & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et reliqua.

Lectio vj.

PRæcesserant cum multi Martyres, quos flagrantissimis exhortationibus suis ad vincendum diabolum accenderat, & erat utique iustum, ut quos veridicus loquendo præmiserat, patiendo intrepidus sequeretur. Quid ad hæc dicam? quid ad hæc exultemus tanta conceptione gaudiorum? in quid erumpat cor nostrum, & os nostrum? habentes memoriam præsentis loci, festivitatem solemnissimi diei, propositionem saluberrimi exempli, omnibus medullis nostris dicamus, Deo gratias.

℞. Stola iucunditatis.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelij secundum Lucam.

Lectio vij.

IN illo tempore: dixit Iesus tubis: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, &

De Homil. S. Gregor. Papa.

SCimus, quia cum de terra Philistinorum arca Domini ad terram Israelitarum rediret, plastro super imposita est, & vacæ plastro subiunctæ sunt, quæ factæ fuisse memorantur, quarum vitulos clauserunt domi; & scriptum est: ibant autem indirectum vacæ per viam, quæ ducit Bethsames: vno itinere gradiebantur, pergentes, & mugientes, & non declinabant, neque ad dexteram, neque ad sinistram: quid igitur vacæ nisi fideles quosque in Ecclesia designant? Qui dum sacri eloquij præcepta considerant, quasi super impositam sibi Domini arcam portant.

℞. Corona.

Lectio viij.

DE quibus hoc etiam est notandum, quod fuisse factæ memorantur: quia sunt

sunt plerique qui in via Dei
 intrinsecus positi, feris carna-
 libus affectibus ligantur;
 sed non declinant à recto itin-
 nere, quia creatura Dei por-
 tant in membris enim vac-
 cæ Bethsames pergunt; Be-
 thsames quippe domus solis
 dicitur; & Propheta ait: vo-
 bis autem qui timetis domi-
 num, oritur Sol iustitiæ. Si-
 gnitur ad æterni solis habita-
 tionem tendimus, dignum
 profectò est, ut de Dei itin-
 ere pro carnalibus affectibus
 non declinemus: tota enim
 virtute pensandum est, quòd
 vaccæ Dei plastro supposita
 pergunt, & gemunt: dant
 ab inimicis mugitus, & tamen
 de itinere non deflectunt
 gressus. Sic enim fideles
 quique esse debent, ut com-
 patiantur proximis per cha-
 ritatem, & tamen de via Dei
 non exorbitent per compas-
 sionem.

& Hic est.

Lectio iv.

Hoc ipsum vero odium
 animi, qualiter exhi-

beri debet, veritas subden-
 do manifestas dicens & qui
 non baiulat crucem suam,
 &c. Crux quippe à Cruciatu
 dicitur; & duobus modis Cru-
 cem Domini baiulamus, cum
 aut per abstinentiam carnem
 afficimus, aut per compas-
 sionem proximi necessitatem il-
 lius nostram putamus. Qui
 enim dolorem exhibet in alic-
 na necessitate, crucem por-
 tat in mente. Sciendum verò
 est, quod sunt nonnulli, qui
 carnis abstinentiam non pro
 Deo; sed pro inani gloria
 exhibent; & sunt plerique, qui
 compassionem proximo non
 spiritualiter, sed carnaliter
 impendunt, ut ei non ad vir-
 tutem, sed quasi miserando
 ad culpas favent. Hi itaque
 crucem quidem videntur fer-
 re, sed Dominum non se-
 quuntur. Unde rectè hæc ea-
 dem veritas dicit: qui non
 baiulat crucem suam, & ve-
 nit post me, non potest meus
 esse discipulus.

Te Deum.

A. cap. fit de S. Bibiana Virg.

& Mart. cum oct. & in Adventu etiam de feria.

Die 2. Decembris

Quarta die infra oct. fit de S. Bibiana Virg. & Mart. femi-
dup. ut in Breviar. com. in Adventu de . . . in Civitate com. de oct. Vesp. de S. Francisco Xaverio. Intra Regnum etiam in Civitate com. fer. Adventus tantum. Extra Regnum in Diocesi com. S. Bibianę ; ac fer. Adventus.

Die 3. Decembris.

Quinta infra oct. In feflo S. Francisci Xaverij Conf. Patroni Regni, dup. 1. clas. cum oct. In 1. Noct. lect. de cō. Conf. non Pontif. Beatus vir. in 2. ut in breviar. In 3. ut in die SS. Ciriaci, & c. mart. 8. Aug. com. fer. Adventus. In Civit. non fit com. Octave, nec in Laud. nec in 2. vesp. In quibus fit com. ferie tantum. Extra Reg. dup. mai. Lect. 1. Noct. de scrip. reliqua, ut supra. In 2. vesp. com. ferie, & Barbarę.

Die 4. Decembris.

Sexta die infra Octavam S.

Saturnini.

Pro Civitate:

In secundo Nocturno:

Sermo S. Augustini Episcopi:
De Verbis Domini 50.

Lectio iij.

Pastor bonus Christus quid Petrus? non ne, & ipse animam suam pro ovibus suis posuit? quid Paulus? quid ceteri Apostoli? quid eorum tempora consequentes beati Episcopi Martyres? quid etiam iste Sanctus Saturninus? Non ne omnes pastores boni, non mercenarij de quibus dicitur: Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam? omnes ergo illi pastores boni, non solum quia sanguinem fuderunt, sed quia pro ovibus fuderunt: non enim fuderunt elatione, sed charitate.

R. Honestum, &c.

Lectio v.

Nam & apud hæreticos, qui propter iniquitates, & errores suos aliquid molestiarum perpeffi fuerunt nomine martyrij se iactant, ut hoc pallio dealbati facilius

cilius furentur , quia lupi sunt. Si autem vultis scire in quo numero habendi sunt: Pastorem bonum Paulum Apostolum audite: quoniam non omnes , qui corpora sua in passione etiam ignibus tradunt , æstimandi sunt sanguinem fudisse pro ovibus , sed potius contra oves: si distribuero , inquit , omnia mea pauperibus , & tradidero corpus meum , ut ardeam : iam ipsi sunt. Sed vide , quid sequitur; charitatem autem non habeam , nihil mihi prodest. Ecce venit ad passionem , ecce venit , & ad sanguinis effusionem , venit , & ad corporum incensionem : & tamen nihil prodest , quia charitas , deest. Adde charitatem , pro sunt omnia detrahe charitatem , nihil profunt cætera.
R. Desiderium , &c.

Lectio v.

Q Vale bonum est charitas ista , fratres? pretiosius? quid luminosius?

quid firmitus? quid vtilius? quid securius? Quomodo autem habet , vel exiguam charitatem , qui etiam convictus non amat unitatem? hanc Dominus unitatem commendans , pastoribus bonis commendans pastores bonos , noluit multos appellare pastores , neque enim , ut dixi iam , non erat pastor bonus Petrus , Paulus , Apostoli cæteri , & posteriores sancti Episcopi , beatusque Saturninus , omnes hi pastores boni ; & tamen ille pastoribus bonis non commendavit pastores bonos , sed Pastorem bonam. Ego sum inquit pastor bonus.
R. Stola.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelij secundum Lucam.

I N illo tempore: dixit Iesus turbis: Si quis venit ad me , & non odit patrem suum , & matrem , & uxorem

stem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem, & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et reliqua.

Homilia Sancti Ioannis Chrysoptomi.

Ex Homil. 36. in Matth. longè post initium.

Lectio vij.

SI quis venit ad me, & non habet odio patrem suum, & matrem, & uxorem, & liberos, & fratres, & adhuc animam suam, non potest meus esse discipulus. Non simpliciter iussit te coniunctos tibi homines insequi: id enim iniquum omnino, atque pestiferum est; sed quando plus me perit aliquis diligi, odio ipsum habeas, ait: Hoc enim tam diligenti, quam ei, qui diligitur perniciosissimum est. Hac doctrina, & credentes filios maioris animi fecit, &

patres, ne ad amore Christi liberos deturbent, admonuit videntes, tantas esse ipsius vires, ut facile posset à parentibus filios eripere; quare ea tentare non debent, quæ ad finem deducere non possunt. *¶* & Corona.

Lectio viij.

DEinde ne molestè, aut graviter ferant fideles, animadvertite, quo sermonem deducit. Cum enim dixerit: Qui non odit patrem, & matrem; confestim intulit, & animam suam: quid enim parentes, fratres, sorores, uxorem, pro me solum abijciendos putas? nihil est homini anima sua coniunctius: & tamen nisi hanc etiam oderis, non ea, quæ diligenti, sed ea, quæ odio habenti, tibi retribuentur: nec simpliciter odisse animam iubet: sed adeò, ut ad bellum, ad pugnas, ad cædem, ad sanguinem prodas.

Hic

22. Hic est.

S. Saturnini.

Lectio ix.

67
Secunda die infra oct. Fran-
cisci Xaverij. Lect. 1. No-
cturni de Script.

NAM qui non portat
Crucem suam, & ve-
nit post me, non potest me-
us esse inber, sed ad mor-
tem etiam violentam: nec
ad violentam solam, verum
etiam ad maximè omnium
exprobabilem, nec tamen
aliquid adhuc de sua passio-
ne diservit, ut istis interea
castigari, æquiori animo de
passione ipsius verba factu-
rum audiant. An non est
dignum vehementer admi-
rari, atque stupere, quo-
modo anima à corpore illo-
rum non evolavit, qui hæc
audiebant? quomodo igitur
non evolavit? maxima erat,
ac ineffabilis virtus dicen-
tis.

Te Deum.

Ad Laudes fit com. fer. & S.
Barbaræ.

In 2. vesp. fit. com. ferie,
& S. Saboæ Abbat.

Pro Regno.

In secundo Nocturno.
Sermo S. Iohannis Chry-
sostomi.

Lectio iij.

Quantum autem sit
pietatis argumentū,
quod Deus illū tādō magistra-
tu dignum iudicavit, audire
Christus excitatus à morte
quid dicit Petro? postquam
enim illum intorrogasset,
Petre, amas me? Ille res-
pondisset: Tu, Domine p-
scis, quod amo te. Dicit il-
li: Si diligis me, pascere oves
meas. Hoc autem dicebat,
non solum, ut nobis certifi-
simè declararet, quanto pe-
re ipsum diligeret. Petrus
verum etiam, ut palam fa-
ceret, quantam haberet
benevolentiam erga suas
oves. Itaque si quis volue-
rit illi commendatus esse,
curam habeat ovium illius,
publicam quærat vilitatē,

fratrum suorum salutis proficiat.

Lectio v.

N Vllum enim officium hoc Deo charius est, o bid alicubi dicit: Simon, Simon expectavit te Satanas, ut cribraret te tanquam triticum, sed ego rogavi pro te, ne deficiat fides tua, quid igitur huius sollicitudinis, curaque premium mihi rependis? eadem curam, quam nobis, impedit, reposcio: Nam, & tu, inquit, aliquando conversus confirma fratres tuos. Neque proflus alia res est que perinde declaret, doceatque quis sit fidelis, & amans Christi, quam si fratrum curam agat, proque illorum salute gerat, sollicitudinem.

R. Amavit eum Dominus.

Lectio vij.

HÆC omnes audiant, & monachi, qui mō-

tium occuparunt cacumina, quique modis omnibus se ipsos mundo crucifixerunt, quo pro viribus Ecclesiarum praefectos adiuvent, horumque curas leniat precibus concordia, charitate; scientes, quod nisi modis omnibus opitulentur ijs, qui tot periculis obijciuntur, per gratiam Dei, totque negotiorum curas sustinent, quibuscumque possunt rationibus auxilientur, quamquam procul habitantes, & victus fors ipsis perijisset, & tota inscopulum imegisset sapientia.

R. Iste homo.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelij secundum Lucam.

Lectio vij.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reverti. Et reliqua.

H.

Homilia S. Augustini Episc.
Lib. 2. quest. Evang. q. 46.

REgio longinqua Ecclesia gentium usque ad fines terrarum. Reverti se tamen dicit: abiit enim ut plenitudo gentium intraret, revertetur ut omnes Israel salvus fiat. Per decem mnas significat propter decalogum. Decem autem servos quibus sub illa positus gratia predicata est. Sic enim intelligendum est, eis datas mnas ad usum, cum intellexerunt eam ipsam legem remoto velamine, ad Evangelium pertinere; cives eius, qui post eum miserunt legationem, dicentes se nolle, ut regnet sibi, Iudaei sunt, qui praedicationem Evangelij respuerunt.
R. Iste est.

Lectio viij.

Quod autem servi red- dentes rationem ex eo quod acceperant, laudantur, quia lucrati sunt; significat eos bonam reddere

rationem, qui bene usi sunt eo, quod acceperunt ad augendas divitias Domini per eos, qui credunt in eum, quod qui facere nolunt, in illo significari sunt, qui mnas suam in sudario servavit. Membram, cui danda erat pecunia, professionem ipsam religionis accipimus, quae tanquam publice proponitur ad usum necessarium saluti.
R. Sint lumbi.

Lectio. ix.

Quod autem vnus eorum, qui bene usi sunt, decem acquisivit, & alter quinque, significat eos esse acquisitos in gregem Dei, a quibus ipsa lex per gratiam intellecta est: ad hoc pertinent, & decem, & quinque Civitates, quibus eos praeponebat. Multiplicatio enim intelligentiae in ipsa varietate ad vnum redacta, quasi Civitatem facit viventium rationum aeternarum: est enim Civitas non quorumlibet ani-

man-

mantium, sed rationalium
multitudo; legis vnius socie-
tate devincta. Te Deum.

*In Laudib. com. fer. & Barba-
ra. In 2. Vesp. com. fer. &
Sabbæ.*

*Die 5. Decembris.
Pro Civitate.*

Septima die infra octavam.

*In secundo Nocturno.
Sermo S. Maximi Episcop.*

Lectio iij.

Hic est ille Evangelicus
Pater familias proferens
de thesauro suo nova, & ve-
tera, qui veteris, novique te-
stamenti vnum, atque id ip-
sum ministerium prædicans,
Ecclesias Christi locupletis-
sima disputatione ditavit. In
corruptibilis, atque indefe-
sus illius est hodie thesaurus,
qui pecuniam Domini sui
nummularij fænerans, quoti-
die in corde fidelium cæle-
stium divitiarum sanctam cõ-
quirit vsuram.

In Festo

R. Honestum; &c.

Lectio v.

Quid igitur fratres, tan-
to spectiosus viro, cu-
ius hæc est regula, & mensu-
ra sermonis, vt inter varias
hominum causas, motusque
diuersos, nunc afectione Pa-
tris, nunc auctoritate Docto-
ris consoletur humiles, super-
bos comprimat, negligentes
arguat, increpet infideles:
Tantoque denique decore
sacerdotium, vitamque suam
vir fidelissimus adornavit, vt
doctrinam suam subsequen-
tibus confirmaret operibus,
dominica millam sententiam
tenens: Qui docuerit, & fe-
cerit, hic magnus vocabitur
in Regno Cælorum, &c.
R. Desiderium, &c.

Lectio vj.

QVAM magnus hic;
quamque præcipuus
in Regno Cælorum est, quem
in omnem gloriam sermo
propheticus, vita mirabilis,
& mors Deo devota subli-
mat: nec immerito, fratres,
tanto

tanto cum honore nominis eius memoria per amplissima mundi spatia celebratur, quia per uniuersum orbem ad firmamentum fidei nostrae, & passio eius, & doctrina profecit.

R. Stola &c.

Intertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelij secundum Lucam.

Lectio vij.

In illo tempore dixit Iesus turbis. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, ad huc autem, & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et reliqua.

Homil S. Ambrosij Episcop. In Psalm. 118. Octon. 14.

Si quis ociosis hoc accipiat auribus, fortasse dicat: Tu Domine Iesu legem dedisti, dicens: dilige Dominum Deum tuum: dilige proximum tuum: & ut imple res hanc legem venisti. Dixisti per legem: honora pa-

trēm, & matrem: & in Evangelio iubes, ut parentes odierim? quomodo sibi conueniunt ista praecepta? sic mitis, & humilis corde venisti: non possum salvo pietatis iure odisse Patrem, cui debeo, quod creatus sum, nec matrem longo decem mensum fastidio pij fetus onera portantem, cui in absolute plus periculi, in delatione plus tardij est: qui dulcissimi merentur filij, ut paterno excludantur amore, cum sit impium mori nolle pro liberis? quid uxor charissima, quadam vite cohaeres, & consortium communis naturae? *R. Corona &c.*

Lectio viij.

Oderim ergo pignora charitatis: Ita Evangelij lenitate rigorem praedurae legis Iudaicae inflectis, ut quorum lex condemnat iniurias eorum, tu Evangelio tuo condemnes. gratiam? video istius modi assertioni me respondere non posse; sed tu Domine responde Respondebit

bit igitur: Ego ne condemne pietatem, qui odi iniquitatem? ego parentes precipio non amandos, qui inimicos sua deo diligendos? sed non legisti: tempus amandi, & tempus odio habendi, & tempus belli, & tempus pacis: de quo hoc dicit Ecclesia? Nonne de eo, quod ratione temporis fiat, ut pie, & amare, & odire possimus: ut quos dilixeris, odire, & quos oderis, amare conveniat? tempus igitur amandi, tempus odio habendi, hoc est tempus martirij, quando ea que divina sunt, omni charitati necessitudine praterende sunt. Tempus belli, quo etiam bellum pro Christi nomine perfidis pignoribus inferamur. Tempus pacis, quia in pace locus eius.

R. Hic est.

Lectio. ix

Denique ipse in Evangelio evidenter exponit qua ratione nostros debeamus odire, dicens: qui diligit patrem, aut matrem plus

quam me, non est me dignus non dixit, indignos esse qui parentes suos diligunt: sed eos indignos ait, qui plus parentes, quam Christum diligunt. Si enim a deo deferimus parentibus, quia nostre generationis auctores sunt; quanto magis Christum oportet amare, qui ipsorum est auctor parentum? Ipsi dederunt, quod non potestatis est, sed ministerij sui: Christus donat salutem qui parentum beneficia conservat.

Te Deum.

Ad Laud. sit com. Xaverij fer. & S. Saibæ Abbat.

Vesp. diei octavæ S. Saturnini: dup. ut in die, & com. Xaverij & fer. Festum S. Nicolai Episc. transfertur ad primam diem dup. vel semid. non impeditur.

Pro Regno.

Tertia die infra oct. Xaverij.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Sermo 1. de S. Victore.

Lectio iiij.

Sancti Francisci Xaverij, vincta, & gloria specialis, non tã
ad

ad gloriam, quam ad virtutem provocat omnes, qui recto sunt corde. Non recti planè, sed perversi est animi, ante quærere gloriam, quam exercere virtutem, & velle coronari, qui legitime non certaverit: Vanum est vobis, inquit, ante lucem surgere, ita est: Frustra ad celsitudinem nititur gloriæ, qui prius non claruit virtute: frustra fatuæ virgines sponso obviam surgunt, quarum lampades extinguuntur: & ideo fatuæ, quia vacuis gloriantur lampadibus, virtutis oleum non habentes.

℞. Honestum fecit.

Lectio v.

Virtus gradus ad gloriam: virtus, mater gloriæ est. Fallax gloriæ, & vana est pulchritudo, quam illa non parturivit. Sola est, cui gloria iure debetur, & securè impenditur. Sancto Francisco Xaverio, nec virtus, nec gloria deest: sed quemadmodum ambæ res, & quo ordine in homine

processerunt, id operæ pretium intueri. Habemus enim dilectissimi in vita Francisci Xaverij, & quod dignè miremur, & quod salubriter imitemur. Tutius sanè amulanda solidiora, quam sublimiora, & quæ magis virtutem redoleant, gloriam minus. Studeamus proinde moribus conformari, cui in mirabilibus similari, & si volumus, non valemus.

℞. Amavit eum Dominus.

Lectio vj.

Æmulemur in viro sobrium victum, devotum affectum, æmulemur mansuetudinem spiritus, castimoniam corporis, oris custodiam, animi puritatem, ponere frenum iræ, & modum linguæ, dormire parcius, orare frequentius, commovere nosmetipsos Psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, diebus iungere noctes, & divinis laudibus occupare: æmulemur charismata meliora: Æmulemur, inquam, quod extitit liberalis

in pauperes, & patientes ad peccantes, benignus ad omnes.

Hoc etiam melius. In his forma est, cui imprimamur, in miraculis gloria, à qua reprimamur; illa letificent, ista ædificent: moveant illa, ista promoveant.

℞. Iste homo perfecit.

In tertio Nocturno.

LECTIO Sancti Evangelij secundum Lucam.

LECTIO vij.

IN illo tempore: dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi Regnum, & reverti. Et reliqua.

De Hom. Ven. Bedæ Presb.

Servus, qui negotiari iulius acceptam Domini pecuniam in sudario reposuit, ostendit eos, qui ad prædicandum idonei, prædicationis officium, iubente Domino per Ecclesiam, vel saltem suscipere, vel susceptum digne gerere detrectant. Pecuniam quippè in sudario liga-

re: est percepta dona sub otio leni: & corporis abscondere: sunt enim homines, hæc sibi pervertite blandientes, ut dicant, sufficit ut de se unusquisque rationem reddat.

℞. Iste est.

LECTIO viij.

Servus nequam vocatur, quia & piger, & desidens est ad exercendum negotium; & procax & superbus ad accusandum Domini iudicium. Quod putauerat se pro exultatione dixisse, in culpam propriam vertitur: Si, inquit, durum & crudelem esse me noveras, & aliena sectari, ibique metere, ubi non severim: quare non tibi istiusmodi cogitatio incussit timorem, ut scires me mea diligentius quaesitum, & dares pecuniam meam ad mensam?

℞. Sit lumbi.

LECTIO ix.

Pecunia ego, & argumentum prædicatio Evangelij est, & sermo divinus, qui dari

S. Saturnini.

dari debet ad mensam, hoc est, promptis, paratisque fidelium cordibus intimari. Ad quam videlicet mensam, id est, mentem auditorum, non alia, quam dominica est de ferenda pecunia, ut omnis sermo docentis scripturae sensum sequatur. Nam quod hic Dominus, non quamlibet pecuniam, sed suam, dicit, Nummularijs esse foenerandum, exponit Apostolum dicens: Si quis loquitur, quasi sermones Dei.

Te Deum laudamus.

In laud. com. fer. & Sab. Vesp. Nicolai, com. Xaverij, & fer.

Die 6. Decembris.

Pro Civit.

In die Octava S. Saturnini, omnia ut in die.

Lectio 1. Noct. de Scriptura.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Petri Chrysol.

De S. Cypriano 129.

Lectio 10.

Quoniam hodie Deo in natali Sancti Saturnini Martyris convenimus, in quo miro certamine de diabolo triumphavit: & quia nobis

virtutum suarum gloriosum reliquit exemplum; ideo exultare nos convenit, & letari. Natalem ergo sanctorum eum auditis, charissimi, nolite putare illum dici, quoniam nascuntur in terram de carne, sed de terra in Caelum, de labore ad requiem, de tentationibus ad quietem, de cruciatibus ad delicias, non fluxas, sed fortes, & stabiles, & aeternas; de mundanis risibus ad coronam, & gloriam. Tales natales digne martyrum celebrantur.

R. Honestum.

Lectio v.

Cum ergo huiusmodi festivitas agitur, noli estimare, charissime, quod in solis prandijs, & profusioribus epulis natales martyrum celebrentur, sed imitandum tibi proponitur, quod in memoria martyris celebras. Aspice ergo, charissime, alacritatem populi circumstantis; in hac enim die aliquando turba astitit impiorum, cum Sanctus Saturnus ius-

tu tyranni feriretur: turba
erant malorum, expectan-
tium chori; nunc multitudo
fidelium ad colendum de-
vota confluit: tunc turba
sævientium, nunc exultan-
tium; tunc deperatorum,
nunc sperantium.
Be. Desiderium.

Lectio vij.

IDcirco ergo natales Mar-
tyrum annua læticia cele-
brantur, ut quod semel ac-
tum est, per omne ævum in
memoria maneat devoto-
rum. Gesta res est charissi-
me, ne te dices ignorare;
celebrantur annua, ne dicas,
oblitus sum. Ad hæc ergo
imitanda vos animare, cha-
rissimi, hanc magnanimitatis
gratiam concupiscite: hoc
petite dari vobis, quod ille
meruit adipisci.

Be. Stola.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelij se-
cundum Lucam.

IN illo tempore: dixit Je-
sus turbis: Si quis venit

ad me, & non odit patrem
suum, & matrem, & vxo-
rem, & filios, & fratres, &
sorores, adhuc autem, & ani-
mam suam, non potest meus
esse discipulus. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini.

Episcopi.

Ex Epistola 38.

Sumptus ad currim ædifi-
candam, & bellantium
valentia decem millium ad-
versus regem, qui viginti
habet, nimis est aliud quam
ut renuntiet unusquisque
omnibus, quæ sunt eius. Pre-
locutio autem superior cum
extrema cõclusionone concor-
dat: in eo enim, quod unus-
quisque renuntiat omnibus,
quæ sunt eius, etiam illud
continetur, ut oderit pa-
trem suum, & matrem, &
vxorem, & filios, & fratres,
& sorores, adhuc, & ani-
mam suam, omnia enim hæc
propria eius sunt, quæ ple-
rumque implicant, & impe-
diunt ad obtinenda, non ista
propria temporaliter tran-
situra, sed in æternum man-
sura

sura communia.

R. Corona.

Lectia viij.

Nec succenseant parentes hoc præcipere dominum, ut eos oderimus, quando nobis hoc de anima nostra præcipitur. Sicut autem hoc præceptum, quo perdere iubemur animam nostram, non ad id valet, ut sequiturque interimat, quod in expiabile nefas est: & tamen valet, ut interimat in se carnalem animæ affectum, quo cum impedimento futuræ vitæ præiens vita delectat: ita de parentibus rectissime dicitur, ut qui eos amat, perdat eos, non more parricidarum interficiēs, sed spiritali gladio verbi Dei carnalem affectum eorum, quo & se ipsos, & eos, quos genuerunt, irritamentis huius sæculi obligare conantur, pie, fidenterque percutiens, & occidens, illud in eis vivere faciat, quo cum filiis suis temporalibus, parentes æternos Deum, Ecclesiam-

que cognoscunt.

R. Hic est.

Lectia ix.

Tolle crucem tuam, & sequere Dominum: Crux enim nostra, quam Dominus portari à nobis iubet, ut eum expeditissimi sequamur, quid aliud, quam mortalitatem carnis huius significat: ipsa enim nos cruciat, donec absorbeat mors in victoriam. Crux ergo hæc ipsa crucifigenda est, & transfigenda est clavis tituli Dei, ne solutis, & liberis membris reluctanter portare non possis: sequi enim Dominum, nisi eam portans, omnino non valet; nam quomodo eum sequeris, si non es eius? qui autem Iesu Christi sunt, ait Apostolus, carnem suam crucifixerunt cum passionibus, & desiderijs.

Te Deum.

Ad Laudes com. Xaverii, & fer. Advent. Vesp. diei octavæ, ut in secundis vesp. festi.

Et à cap. de S. Ambrosio Epif-
copo, com. diei oct. Saturni-
ni, Xaverij. Et fer. e.

Quando dies octava S. Satur-
nini veneris in Dominica,
quomodo recitandum sit vide
in rubr. huius libelli numer.

7.

Pro Regno.

Fit de S. Nicolao com. Xave-
rij Et fer. In vesp. à cap. fit
de S. Ambros. com. Nicolai,
Xaverij, Et fer.

Die 7. Decembris.

Ambrosij Conf. Epif. Et Doct.
dup. in Laudib. com. oct. Et
fer. Vesp. Concept. com. Am-
brosij, Et fer. tantum.

Die 8. Decembris.

Conceptionis B. M. V. in Lau-
dib. com. fer. tantum. In vesp.
com. Leocadiæ, Et fer. tantum.

Die 9. Decembris.

Leocadiæ dup. com. oct. Con-
cept. Xaverij, Et fer. In Vesp.
à cap. fit de oct. V. in 1. Vesp.
festi com. Leocadiæ: Oct. Con-
cept. fer. Et Melchiadis.

Die 10. Decembris.

Octava Xaverij dup. in 1.
Noct. Lect. de scriptur. in 2.
de sermone Bernardi Abbas.

In secundo Nocturno.

De Serm. S. Bernardi Abbas.
Serm. 2. de S. Victore.

Lectio 10.

GAudete in Domino di-
lectissimi, qui inter con-
tinua suæ pietatis beneficia
indulgit hominem mundo,
cuius multi salvarentur exē-
plo. Iterum dico, guadete,
quod factus de medio ap-
propriavit Deo, ut multo plu-
res eius intercessione salven-
tur: in terris visus est, ut es-
set exemplo: in Cælum leva-
tus est, ut sit patrociniò. Hic
informatur ad vitam, illic invi-
tat ad gloriam: factus est me-
diator ad Regnum qui fuit
incitator ad opus. Bonus me-
diator, qui sibi iam postulans
nihil, totum in nos transferre
desiderat, & supplicantis af-
fectum, & supplicationis fru-
ctum: quid enim quærat sibi,
qui nullius eget?
Et. Honestum fecit.

Lectio

Lectio. v.

R. Amavit.

Hæc dies gloriosæ migrationis eius, dies lætitiæ cordis eius, exultemus, & lætemur in ea. Introibit in potentias Domini, gaudeamus: quia nunc potentior est ad salvandum. Hodie Beatus Franciscus Xaveriusposito corpore, tantò alacrior, quãtò expeditior penetravit in sancta, similis factus in gloria sanctorum. Hodie despecto mundo, & mundi principe triumphato, supra mundũ victor ascendit, accipiens de manu Domini coronam victoriæ. Ascendit autem cũ immensa suppellectili meritorum, clarus triumphis, miraculis gloriosus: sedet veteranis miles, debita iam suavitate, & securitate quietus: securus quidem sibi, sed nostri sollicitus. O venerandam etiam ipsis Angelis sanctitatem, quã pari studio, etsi dispari voluntate, & mali fugitant, & frequentant boni, nec facillè dixerim, quid virum astruat sanctiorem, horum favor, aut pavor horũ.

Lectio. vj.

OMiles emerite, qui Christianæ militiæ duris laboribus Angelicæ felicitatis requiem commutasti: respice ad imbelles, & imbecilles commilitones tuos, qui inter hostiles gladios, & spirituales nequitas tuis laudibus occupamur, quãm pium, quãm dulce, quãm suave, ò Francisce Xaverii: in hoc loco assistentis, & in hoc corpore mortis te canere, te colere, te precari Nomen tuum, & memoriale tuum fauus distilans in labijs captivorum, mel, & lac sub lingua eorum, qui tui memoria delectantur. Eia ergo fortis athleta, dulcis patrone, advocate fidelis; exurge in adiutorium nobis; vt & nos de nostra ereptione gaudeamus, & tu de plena victoria gloriesis.

R. Iste homo.

In 3. Noct. Evangelium, & Homil. vt in die test. in Laudib. com. oct. Concept. fer. & Melchiad. In vesp. com. Damasi

mañ o. f. & fer.

Si hæc o. f. venerit in Vigil.
Temp. l. e. f. i. No. f. Vt in die
Quando dies octava venerit
in Dom. aliqua Adventus quo
modo recitandum fit vide in
Rubric. huius libelli num. 7.

Die 30. Decembris.

Vbi ex laudabili, & antiqua
consuetudine celebratur Of-
ficiu translatiõis S. Iacobi
Apostoli dup. mai. omnia ut in
prop. SS. Hisp. 25. Julij, præ-
ter Orationem, & Lect. 2.
No. f. quæ dantur prop. fit
com. Octavar. In 2. vesp. post
com. S. Silvestri fit com. octa-
var.

Si Dom. (aut dies in quo ad
formam Breviarij fit de ea)
Venerit isto die fit com. Dom.
in 1. vesp. & laudib. ante com.
octavar. & 9. lect. legitur de
Homil. eiusd. Dom. in 2. au-
tem vesp. post com. S. Silves-
tri fit com. Dom. & octavar.
Oratio. Deus qui dispositione

& mart. occurrit in Dom. &
iuxta regulas Breviarij
transfertur in diem sequen-
tem quo die celebratur supra
dicta fest. vitas translationis;
eo anno non recitatur de S.
Thoma, sed transfertur in
Vigil Epiph. anni seq. & tunc
in 2. vesp. diei o. f. SS. Innoc.
fit com. S. Thomæ. Vig. Epiph.
eo S. Thelesphori Pap. & m.
In officio S. Thomæ Ep. & m.
omnia, ut in die 29. Decemb.
9. lect. & com. Vigil. Epiph. &
Thelesphori; in 1. autem vesp.
Epiph. nulla com.

ORATIO.

DEVUS, qui dispositione
mirabili Corpus Bea-
ti Iacobi Apostoli tui de Ie-
rosolimitis ad Hispaniam tras-
ferri, & in Compostella gl-
riose sepeliri voluisti: Con-
cede, quæsumus, ut eius me-
ricis, & precibus cœlesti Ie-
rusalem collocari meream-
mur, Per Dominum, &c.

Quando Fest. in S. Thomæ Ep.

(* * *)

GLORIA TIBI TRINITAS,

OFFICIUM SANCTI JOSEPH SPONSIB. MARIE VIRGINIS CONFESSORIS. DUPLEX SECUNDÆ CLASIS.

eductus
1. co, &
ag. ns:
ni sui,
nam
e.
ms.
gram
i, à
na-
mi-
ne-

A Sacra Rituum Congregatione recognitum, & approbatum; dēp-
mandato Sanctissimi D. N. CLEMENTIS Divina dispositione Pap-
XI. in Breviario Romano apponendum, & ab omnibus utriusque &
sexus Christi fidelium, qui ad Horas Canonicas tenentur, recitandu-
die XIX. Martij. stul-
lidic
s.

DIE XIX. MARTIJ.
*In Fetto sancti Josephi Sponsi
Beate Marie Virginis,
Confessoris.
Duplex secundæ Classis.
AD VESPERAS.*

JACOB autem genuit Jo-
seph Virum Marie de qua
natus est Jesus, qui vocatur
Christus.

*Psalm. Dixit Dominus. cum re-
liquis de Domipica; & loco ul-
timi.*

*Psalmus. Laudate Dominum
omnes Gentes.*

*Antiphona. Missus est Angelus
Gabriel à Deo ad Virginem
desponsatam Viro, cui no-
men erat Joseph, de domo
David, & nomen Virginis
Maria.*

*Antiphona. Cum esset despon-
sata Mater Jesu Maria Jo-
seph, antequam convenirent,
inventæ est in utero habens
de Spiritu Sancto.*

*Antiphona. Joseph vir eius,
cum eam vidisset, & nollet
eam traducere, voluit occultè
dimittere eam.*

*Antiphona. Angelus Domini
apparuit Joseph dicens: Jo-
seph fili David noli timere
accipere Mariam conjugem
tuam; quod enim in ea na-
tum est, de Spiritu Sancto
est: pariet autem filium, &
vocabis nomen ejus Jesum.*

*Capitulum. Prov. 28. & 27.
Vir fidelis multum laudabi-
tur; & qui custos est Dō-
mini sui, glorificabitur.*

A Hym-

Officium S. Joseph Confessoris,

80

magi ost

Si hec o

Temp

Quat

in Do

moda

Rubr

Hymnus.

E, Joseph, celebrent agmina Coelicum,

Te cuncti resonent Christiadam Chori,

ai clarus meritis, junctus es inclyta Casto foedere Virgini.

Imo cum tumidam germine conjugem,

Vbi Admirans, dubio tangeris anxius;

constitit superi Flaminis Angelus **ficiu** Conceptum puerum docet.

Apost u natum Dominum stringis, ad exteras.

Egypti profugum tu sequeris plagas;

Amisum Solymis quaeris, & invenis,

Miscens gaudia fletibus.

Post mortem reliquos mors pia consecrat,

Palmamque meritis gloria suscipit:

Tu vivens, superis par, fruëris Deo,

Mira sorte beator.

Nobis, summa Trias, parce precantibus,

Da Joseph meritis sidera scandere:

Ut tandem liceat nos tibi prepetim

Gratum promere canticum. Amen.

Constituit eum Dominum domus suae.

Et Principem omnis possessionis suae.

Ad Magnificat, Antiphona.

Exurgens Joseph à somno fecit, sicut praecepit ei Angelus Domini, & accepit conjugem suam.

Oratio.

Sanctissimae genitricis tuae Sponsi, quaesumus Domine, meritis adjuvemur: ut quod, possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis, & regnas.

Si celebretur in Quadragesima fit commemor. Fer.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Christum Dei filium, qui praetari dignatus est filius Joseph: * Venite adoremus. Psalmus. Venite exultemus.

II. versus.

Caelitum Joseph decus, atque nostrae

Certa spes vitae, columenque Mundi,

Quas tibi laeti canimus benignus Suscipe laudes.

Te sator rerum statuit pudicae Virginis sponsum, voluitque

Verbi

Te patrem dici, dedit & ministrum esse salutis.

Tu Redemptorem stabulo jacentem,

Quem chorus Vatum cecinit futurum,

Al-

Officium S. Joseph Confessoris.

Aspicias gaudens, humilisque natum numen adoras.

Rex Deus regnum, & Dominator orbis,

Cujus ad nutum tremunt inferorum Turba, cui pronus famulatur Æther, te tibi subdit.

Laus sit excelsæ triadi perennis, Que tibi præbens superos honores,

Det tuis nobis meritis beatæ Gaudia vitæ. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.

Ascendit Joseph à Galilæa de civitate Nazareth in Judæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, ut profiteretur cum Mariâ. Psalm. Beatus vir. Cum reliquis de Communi Confessoris non Pontificis. Añâ. Venêrunt Pastôres festinantes; & invenêrunt Mariam, & Joseph, & Infantem positum in præsepio. Plalmus. Quare fremuerunt. Añâ. Ecce Angelus Dômini apparuit in somnis Joseph dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum. Psalm. Dômine quid multiplicasti. V. Constituit eum Dôminum domus suæ.

R. Et principem omnis possessionis suæ.

De libro Génesis.

Lectio j. Cap. 39.



JOSEPH igitur ductus est in Ægyptum, emitque eum Putiphar eunuchus Pharaonis Princeps exercitus, vir Ægyptius, de manu

Ismaëlicarum, à quibus perductus erat. Fuitque Dôminus cum eo, & erat vir in cunctis prope agens: habitavitque in domo dōmini sui, qui optimè nôverat Dôminum esse cum eo, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Invenitque Joseph grâtiâ coram dōmino suo, & ministrabat ei, à quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum, & universa, quæ ei tradita fuerant: benedixitque Dôminus domui, Ægyptij propter Joseph.

R. Fuit Dôminus cum Joseph, & dedit ei grâtiâ in conspectu Principis carceris. * Qui tradidit in manu illius universos vincetos.

V. Quidquid fiebat, sub ipso erat: Dôminus enim erat cum illo, & omnia opera ejus dirigebat. Qui.

Lectio ij. Cap. 41.

PLACUIT Pharaoni consilium Joseph, & cunctis ministris ejus: Locutusque est ad eos: Num invenire poterimus eum virum, qui Spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Joseph: Quia ostendit tibi Deus omnia, quæ locutus es, numquid sapientiorem & consimilem tui invenire poterô? Tu eris super domum meam, & ad tui oris impêrium cunctus populus obediet: uno tantum Regni solio te præcedam.

R. Esuriente Terra Ægypti clamavit populus ad Regem alimenta petens. Quibus ille respondit: * Ite ad Joseph, & quidquid vobis dixerit, facite. V. Crescebat

Officium S. Joseph Confessoris.

R. Et iustitia ejus manet in seculum seculi.

Ad Magnificat, Antiphona.

Ecce fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.

Oratio.

Sanctissimæ genitricis tuæ sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus.

Deinde fit commemoratio Sancti Joachim Patris Beatæ Virginis Mariæ. Antiphona. Laudemus Virum gloriosum in genera-

tione sua, quia benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus, & testamentum suum confirmavit super caput eius.

V. Potens in terra erit semen ejus
R. Generatio rectorum benedicetur.

Oratio.

DEUS, qui præ omnibus Sanctis tuis, Beatum Joachim Genitricis Filij tui Patrem esse voluisti: concede quæsumus, ut cuius festa veneramur, ejus quoque perpetuo patrocinia sentiamus. Per eundem Dominum nostrum.

Et si celebretur in Quadragesima fit etiam comæna. Feriz.

URBIS, ET ORBIS.

AD conservandam, imò etiam augendam Fidelium devotionem erga S. JOSEPH Sponsum Beatissimæ Virginis Mariæ, ejusque Cultum ferventius semper promovendum, Sac. xiiiium Congregatio supra impressum Officium cum nobis Antiphonis, Versibus, Lectionibus primi Nocturni, Responsoriis, & Capitulis ab Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali Albano in eadem Sac. Rit. Congr. relatum approbavit, ac ab omnibus Christi fidelibus tam Secularibus, quàm Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, die 19. Martij in Festo ejusdem S. JOSEPH in posterum recitari, & in Breviario apponi mandavit; Si Sanctissimo Domino N. visum fuerit. Die 3. Februarij 1714.

Factaque deinde per me Pro-Secretar. de prædictis Sanct. Domino N. relatione, Sanctitas Sua benignè annuit. Die 4. ejusdem mensis, & Anni.


F. Card. de Abdua.

Loco ✠ Sigilli.

N. M. Tedeschi Episcopus Liparitanus

Sac. Rituum Congreg. Pro Secr.


diâ



Handwritten text at the top of the page, possibly a signature or title, rendered in a cursive script.



Main body of handwritten text, appearing as several lines of cursive script, though the characters are highly obscured and difficult to decipher.



Señor D. Ambrosio Concha mchuo e adarme en
Justicia la Cuenta de la Venta del Icto de Arg. dñe
Con D. Juan Manzano y cumplir con dña Venta pias
es razon me Veta por dño y lo q me que ovd deca
do el Sr. Pedro que este en Florida en los Cuartos que se
moron por el año de 1729 de la Casa de Portorico y el
de dño Argandiel por el plazo que se cumple el año
de 1725 el día de ceniza, los cables se maren en Uni
nido Venita con el Portador, y me mande como fuere ser
de y nudo de gando a dñe los años de mides de
del 1º de enero de 1729 -

B. N. de V. N. sumo. d.

Embicudo el mismo día con su criado
S. M. de V. N. de V. N.

J. P. de V. N. de V. N.